

A sequendo revertens, ab eodem beato Paulo Apostolo Atheniensem est ordinatus Antistes: ac deinde, ipso jubente, Christi Evangelium predicavit, eamdemque civitatem, & maximam partem patrie ad fidem veritatis convertit. *Hiladun. in Areepa. apud Sur. die 9. Oct. & Baron. tom. 1. An. Do. 52. 11. licet non omnia haec ab illo probentur.*

MORBI DEPULSI.

Iberi, gens barbara & bellicosa. Christiani facti sunt Constantino Romano Imperio administrante. Habitat autem haec natio in interiore Armeniae parte, ad septentrionem, & Euxinum versus: sunt autem Iberorum in Hispania coloni. Praeit eis in Religione colenda captiva quadam mulier: quae cum aliis semper pudice castaeque vixerat, tum captiva quoque nihil de pietate sanctioreque instituto remisit. Nam diu noctaque pietatis exercitia exhibebat; jejuniis plurimum vacabat, continuoque precationibus infestabat. Itaque barbari novo vitae instituto viso, eam admirati, & quam de causa hoc faceret, percontati. Illa porro candidè, & simpliciter, sic Christum filium Dei coli oportere, dicebat. Tum barbari & nomine & religione ejus, qui sic colebatur, audito, obstupuerunt. Interea accidit, ut regis filius eorum infans, graviter aegrotaret, mater patrii quodam more ad alias cum mitteret mulieres, quo facilius remedium mali reperiri posset. Ut autem puer a nutrice circumlatus est, neque meliusculè habuit, tandem etiam ad captivam illam est deportatus. Quae in multorum praesentia, nihil sanè ex materia aliqua composuit remedi admovit; neque enim se quidem ejusmodi scire affirmavit: sed puero in linteolo, quod et è pills contextum erat, jam lacrum, reposito, simplicem ei fecit medicinam, nomine Christi super eo invocato. Et ecce qui in ea erat expectatione, ut protinus moreretur, quamprimum precatio facta est, liber à periculo fuit. *Niceph. lib. 8. hist. Eccl. c. 34. Socrat. lib. 1. c. 16. Theod. 1. c. 24. Ruff. 1. cap. 10.*

A PERICULIS LIBERATA.

Legitur in literis Indicis Societatis Jesu, quod Ethnicus puer in amplissimam piscinam decidit, & natandi ignarus tantum non mergebatur. Lusitanus puerum conspiciens, cum alter opem ferre non posset, admonere cepit, ut nomen Jesu invocaret; fecit, & in nomine Jesu ab undis ingentibus emerit: quod sanctum nomen ita illius animo inhaesit, cum sciat ejus virtute tantum periculum evasisse, ut nisi Jesu cum vocaretur, nunquam respondere vellet, & pia ejusdem Jesu clementia baptismatis paulo post aqua perfulsus est. *Ex litt. Indicis an. 1560.*

Anno Red. 978. quo Otto II. Imperator offensionem passus à Lothario Francorum Rege, cum Parisios usque perire querentis quid insequentes hostes pati contigerit, ab auctore accipere, qui tunc vivebat, & ejusdem Sancti intus erat: Cum inquit Otto secundus Imperator ob illatum ipsi injuriam, Franciam hostili animo & manu ingressus, Lutetiam usque pervenisset, in reditu ad fluvium quandam pervenere, cujus aquae intumuerant, ita ut multi illuc mergerentur. Ubi autem beatus Antistes Vvolfangus Ratiss. Ep. cum suis eo pervenit, tum praesenti periculo commotus, suspexit in caelum, & tum sibi, tum suis bene precatus atque benedicens, iussit suos incunctanter transire flumen. Sed illis adhuc cunctantibus, & Francis iterum à tergo acriter instantibus, ille primus in nomine Domini (quod in ejus semper verbarum ore) fluvium ingressus suos animavit. Ne quisquam eorum nullum expertus est periculum. Tunc vero omnes id admirantes, praè gaudio in Dei laudes eruperunt. *Sed vir humillimus, ne in publicum efferrent, obnixè eos rogavit: Porro ea pars exercitus, quae insequeretur Ottonem, apud flumen perit, inquit *Aimoinus 15. Ex Lambert. Chron. Baron. tom. 19. ad annum. 978. nu. 1.**

\* CONTEMPTUS, ET ABUSUS VINDICATUS.

Judei illi quos Actorum liber nominat Circulatores, & deceptores, qui super eos qui spiritum sanctum habebant, nomen Domini Jesu invocare praesumebant, erantque septem filii Judei nomine Scevae hoc facientes, insigniter ob temeritatem castigati leguntur. Nam spiritus nequam dixit ei, Jesum novi, & Paulum scio, vos autem qui estis? & insiliens in eos homo in quo erat demonium pessimum, dominatus est amborum, & invaluit contra eos, ita ut nudi & vulnerati effugerent de domo illa. Ecce coactus est Dæmoniacus potentiam Jesu fateri, & Pauli doctrinam probare; resellere quoque vitiositatem mancipiorum suorum, in eos insiliendo, eosque lacerando & vulnerando. *Act. cap. 19.*

Judei adeo in Christum Jesum deserviunt, ut si nomen ipsius fornicato legant, os suum pugno contendant: Vel si quando illud legere debent, pronuntiant *Ischn*, & per litteras initiales

ita exponunt, *Immach scemonzichro*, id est, deleatur nomen ejus & memoria. Hoc est odium quod obtulerat illi adversus Jesum habent, ac merito proinde excidio & exilio militum. *Corn. à Lapide. in cap. 23. Exodi versu 14. in fine.*

Observant quoque sacri Interpretes, Judeos Christum per contemptum vocare solitos Jesum Nazarenum, quia Nazareth erat abjectum oppidum, & minimum totius Galilaeae. Unde eos salutat arguit Occumenius, quod Stephanum accensum dicerent, Audivimus eum dicentem, quoniam Jesu Nazarenus destruit locum illum: quia Stephanus hoc non dixerat. *Vide eundem in cap. 6. item Chrysof. ibidem.*

Etiam Festus Jesum nominat per contemptum, dum Regi Herodi dicit, Habebant quaestiones quaedam adversus eum, Paulum scilicet; & de quodam Jesu defuncto, quem affirmabat Paulus vivere. *Act. c. 25.*

Majus peccatum esse affirmavit *Abulensis*, accipere nomen Jesu in vanum, quam nomen Deus, tum quod sit nomen dignius & super omne nomen, ac reliqua Dei nomina includens: tum quod laudabilis Ecclesiae confuetudo magis illud honoret, caput revelando, inclinando, genu flectendo, &c. *q. 67. in c. 20. Exodi.*

\* Ignavia.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Ignavia idem est quod segnitias & torpor, ἀσπασία & ἀσπασία Graecis. Unde ignavum dicimus, qui facile succumbit labori; idque non ex defectu naturali, sed alacritatis aut constantiae, sive perleventantiae.

Ignavia vitium est contrarium fortitudini & industriae. Componitur ex In, id est, non, & Gnavaus, industrius, foris, &c. Est maxime detestandum in milite, ut per quod exercitus & Respublica nonnunquam in extremum discrimen adducta fuerunt.

Athenae perierunt secundum oraculum ἀγαθόν κακόντι, ductorum ignavia & praevitate.

Quae autem per Principes aut doctores per Ignaviam committuntur, perpetuo illis dedecori esse solent. Sic in primo Mutinensi praelio Octavianum juvenem relicto paludamento, & equo fugam arripuisse, tandemque post biduum apparuisse sibi à Deo credunt eruditissimi & ingenii multiplicasset, & quia non quanti par erat, fecisset internae Dei suggestiones inspirationeque, quae adhortabantur honestos labores quos inchoat non abruptare, & quae sibi animo propulerat, ea instanti operari atque perficere. Quae Hieronymus mox in concione proposuit, & omnium precibus Picum commendavit. *Delrio disq. mag. lib. 2. q. 76. sect. 5.*

Nabathitis servatum legimus, ut negligens & remissus & otiosus, qui opes paternas ignavia minuit, poena multaretur. *Alex. ab Alex. lib. 3. c. 13.*

SARDOA lex in otiosos constituta est, quae poenas ignaviae & socordiae infligebat: & unumquemque laborum, victus, totiusque vitae rationem reddere cogebat. *Alian. l. 4.*

Apud Argos si quis in re quaerenda negligens foret & remissus, aut si desidiolum aut legem viderent: rationem unde vitium quaereret, apud magistrum, qui loco censoris erat, reddere cogebatur. *Alex. lib. 3. c. 3.*

CLEOPATRA regina M. Antonium, magnum illum Imperatorem, dubio adhuc Marte cum Augusto ad Actium pugnantem suo exemplo ad turpissimam fugam incitavit. Conspecta enim fuga Cleopatrae, delictis illis, qui pro ipso certabant, quinque reinem concedens, insecutus est eam. *Plur. in Ant. vita.*

FERDINANDUS IV. Castellae rex, Alphonsum filium heredem & successorem instituit, Jacobo primogenito abdicato, quod contra Sardos rebellantes in Sardiniam à patre missus, expeditionem Sardiniae, simul & regnum successorem recusat. *Tarapha de regibus Hispan.*

DIODEGENES, quibusdam admirantibus carmen illud Hesiodi ὄτ' εἰ τις ἀσπασίη, εἰ μὴ γέρον κακὸν ἴσιν. Ne vos quidem pereat, etiam si vicinus sit malus.

Atqui Messenius, inquit, simul cum bobus petiere, vobis vicinis. Exprobravit Atheniensibus ignaviam, qui Messenius vicinis adversus Lacedaemoniorum vim non fuerit optulati. *Erasmus lib. 8. apoph.*

DEMOCRITUS interrogatus, Quare industrii ab inertibus differret? respondit, Quia impij à pijs: sicut nimirum bona Labo-

A Laboribus quippe incumbens, suae industriae sperat premium amplissimum: ignavus autem desperans, nullam habet bonorum futurorum spem, quae fulcitur. *Max. ferm. 31.*

Lyander, Lacedaemonius fegit Corinthiorum murum oppugnantibus, quum leptom falsa vidisset exsistentem: Eos, inquit, timetis hostes, quorum ignavia lepores in muris dormiunt? *Plur. in Apoph.*

THEMISTOCLES, hominem cum equitatu venientem ad ludos Olympicos, venit certamen spectare. Interrogatus autem, cur hominem excluderet? Non aequum esse, respondit, ut is qui maximi periculi se focum non praebuisset, ad communem convenit ludicrae spectacula admittentur. Notavit autem hominis in rebus praecclare gerendis ignaviam & occitantiam. *Alian. lib. 6. var. hist.*

Scipio, cum in Alexandriam venisset, pedesque urbem accederet: Rex autem cum aliis propter ignaviam corporisque molliem vix incederet: Scipio ad Panætium ait, Jam Alexandriam aliquid volupatis & fructus ex nostra peregrinatione perceptoris, propter nos enim regem suum ambulantiem viderunt. *Brus. lib. 3.*

NEVIUS quidem cum incris focorise esset, festivo peragminationem Scipio in illum jocus est; Quid, inquit, hoc Nevio est ignavius? *Brus. lib. 3. cap. 12.*

Q. METELLUS dicere solebat, nescire se, an sua victoria plus boni an mali Respublicae attulisset. Notavit autem Romanorum post partam victoriam ignaviam, quae multis malis januam aperuit. *Brus. lib. 4.*

M. CATONIS persequens fuit sententia: Nihil agendo, homines male agere perfidescere. Quo dicto excrucior omnem ignaviam, quae multorum malorum sapienter causa est. *Columel. lib. 12.*

SIGISMUNDUS Imper. cum ignavus ac otiosus homo frenatoris eo nomine plurimum laudasset, quod dormientes etiam pararent rebus lucrum: At tu, inquit Imperator, vigilando omnia confusis. *Aen. Sylv. lib. 4. comment. in res gest. Alphon. Regis.*

IGNAVIAE POENA.

Franc. Pic. Mir. Comes in vita Jo. Pici patri scribit, non longo post obitum Jo. Pici tempore, spectrum Joannis apparuisse Hieronymo Savonarole, eique dixisse, torqueri se penis exploratoris, eo quod non satis diligenter & secundè talentum sibi à Deo creditum eruditissimi & ingenii multiplicasset, & quia non quanti par erat, fecisset internae Dei suggestiones inspirationeque, quae adhortabantur honestos labores quos inchoat non abruptare, & quae sibi animo propulerat, ea instanti operari atque perficere. Quae Hieronymus mox in concione proposuit, & omnium precibus Picum commendavit. *Delrio disq. mag. lib. 2. q. 76. sect. 5.*

Plura petantur ex loco de Poena, & Punitione. *Tii. singulari.*

\* HIEROGLYPHICA.

Apud multos *Afina* specie significatum est, Ignavia, quae quidem cum omnibus sit nota, superfluum est eam latius explicare. *Pier. Valer. lib. 12.*

Expedita autem manus, & in propatulum prolata, ita opus, auctoritatem atque potestatem indicat: contra vero nihil hominem, ignavum & otio desidiolum torpescientem significat: Dire si vellent, manus ejus in signum confertas effingebat: Qui porro status ignavissimi nebulosus est, cum praesertim Anaxagoras ideò sapientissimum omnium animatum videri hominem dixerit, quia manibus instructus foret. *Pier. Valer. lib. 35.*

In facris litteris Ignavi designantur per Pisces, quae humore abundant; neque unquam Deo in veteri lege immolabantur. *Obiecta Corn. à Lap. comment. in c. 1. Lev.*

\* Ignis.

QUID ET UBI. Ejusque dignitas.

Ignis, Graecè ΠΥΡ. Unde πυρκαϊάσις ignesco. Hebraicè *Esch* à verbo *Anaschem*, quod res consumat, & proterat. Volunt Latine derivari ab In & Gigno, quasi quod nihil gignat, ut notat *Ovid.*

Nataque de flamma corpora nulla videt. *Varroni* xamen à gignendo, Ignem dici placuit, quod per eum omnia producantur.

L. B. Theatr. vite Human. Tom. IV.

Est autem ignis unum è quatuor elementis maxime efficax & activum, cujus locus est supra caetera elementa, & velut in loco proprio ad Lunae globum refidet, quod fradere videtur flammæ ignisque conatus in eum locum: est enim idem locus totus & partus. *Unde Manil. lib. 1. Astron.*

Ignis ad aethereas volucres se sustulit auras, Summaque complectens stellantis lumina mundi, Flammarum vallo natura mania fecit.

Videatur Tit. de Loco & Locorum varietate. Ignis vero inter alia elementa, & natura & operatione est dignior. Unde & arrium magister dicitur à Veteribus, quod sit fons omnis calor. Imò Cicero creditur, naturam nostram esse ignem, l. 2. de Nat. Deorum, & Arist. dicit 1. de Anima, c. 4. Animam non operari, nisi intervenit calor. Sed & situ ipso reliquis praestat, elementa enim superiora, digniora sunt aliis.

IGNEAE IMPRESSIONES, Quae METEORA dicuntur, earumque varietas.

Sunt variae Ignium concretiones, five impressiones, in aere nonnunquam apparentes, quibus varia nomina Philoſophi naturales indiderunt, cum à similitudine figuræ, quæ apparent, tum ab effectibus nonnullis.

Differunt autem inter se quantitate, motu, loco, tempore, figura, colore: materia proxima sunt exhalationes, efficiens causa est astrorum virtus eas producens per calorem & frigus circumflans.

Tales impressiones sunt Flamma five Fax, Lancea, Capra saltans, Sella discurrentes, Ignis perpendicularis five pyramidalis, fatuus ignis, qui ex viscosis exhalationibus accenditur per antipristasin nocturni frigoris in infima aeris regione; Ignis lambens, Draco volans, Castor, Pollux, & Helena. De quibus *Plin. lib. 2. cap. 37.*

IGNIS MULTIPLEX. Et de Igne subterraneo.

Plato in *Timæo*, triplicem distinguit Ignem. Primum vocat, qui est in corpore ignito, puta ferro candente, vel carbone: Secundum, qui dicitur flamma, estque urens & lucens: Tertium, qui lucet & non urit, qualis est lux solis & stellarum; de qua Poeta, *Vos aeterni ignes.*

Talis ignis erat lux illa, quæ ad modum columnæ, de nocte precebat in deserto filios Israhel: quam *Sapiens cap. 8.* vocat *G. Solem.*

Est altus ignis artificialis, qui humana industria excitatur, collisione certarum rerum, de quibus statim, & alter ministerio materiae combustilis, eaque absumpta, etiam absumitur.

Vide locum de Operis Mechanicis. Est insuper Ignis subterraneus, qui in terræ specubus gignitur, ex sulphure & bitumine, ut existimat *Georg. Agricola l. 4.* quibus ea loca abundant. Accenduntur autem isti ignes spiritali ter incluso per antipristasin frigoris. Estque etiam magna illorum diversitas, nam quidam materiam evomunt, alii incendia perpetua exhibent, alii per intervalla ardent, alii etiam proxima loca depascunt, alii aerem noxium exhalant, prout prope Avernum in Italia, ubi mons nomine Modernus spiracula noxia effundit, quæ animalia viva exiguo tempore enecat.

In Hetruria mons est haud procul à Bononia, qui flammam & fumum exhalat noctu diuque.

Infulæ *Æoliae* in Sicilia ardent. Unde & Vulcanie dicitur apud *Strabonem lib. 6.* Ibidem est Mons *Æna* tanto Potarum & Historicorum elogio celebratus, cujus materia jam tot sæculis nunquam defecit, quin flammarum vortices eructet, igniumque globos late spargat, adeo ut centena aliquot passuum millia cineribus five adultis arenis compleat.

In Cilicia ardentis fossæ per camporum planiciem visuntur. In Babylone flagrat stagnum ingenti magnitudine.

In Islandia tres montes sunt, quorum cacumina albicant perpetuis nivibus, & radices perenni aestuant incendio.

In Insula *D. Georgii*, quæ est una ex Insulis Oceani, quas Tertius dicimus, erupit nostra ætate ingens flamma, ut & ipsa faxa comminueret, hominesque & jumenta in cineres momento redigeret.

QUÆNAM IGNEM EMITTANT.

Experientia teste docemur, esse silice ignem excuti, non tamen ex omni. Primum autem qui è silice ignem excussit, describitur à *Plin. lib. 9. cap. 56.* Pyrodes Cilicis filius.

Idem *Plin. lib. 16. Natur. hist. cap. 40.* dicit, lignum, si ligno teratur, ignem emittere.

Item si folia lauri terantur hederæ ignem edunt, teste eodem.



Plurimæ Gentes ignem pro Deo habuerunt. De Chaldaeis constat cum ex facris, tum profanis historiis. Existimabant enim igne celo delatum, ideoque perpetuum servabant. Ita sunt qui exponant de Igne, quod dicit Scriptura, eductum Abraham de Ur Chaldaeorum. Genes. 11. volunt enim Abraham a Nemrod in ignem coniectum, accusante eum patre suo, quod more Chaldaeorum nolisset ignem adorare: ac commentarium illum rejicit Pererius tom. 2. in Genes. lib. 16. disp. 13.

Hinc apud Chaldaeos impius ille ritus emanavit traducendi per ignem filios, de quo diximus Tit. de Gehenna.

Hoc idem de aliis illum similiter coelo lapsum colentibus, memorat Ammian. Marcellin. lib. 23. quem sempiternis focusculis custodirent, cuiusque portio exigua ut fastu præterit Asiaticis Regibus. Prodit de Cappadocibus Strab. l. 15. apud eos Magos fuisse multos, quos Pyrethos vocabant, & Pyrethia septa ingentia, in quorum medio ara esset, in qua Magi & cinerem multum, & ignem inextinguibilem servarent. Narrat is etiam de Pyrao, hoc est igneo Athenarum propugnaculo, quod conditum erat in saxo vetusto, ibique templum Minervæ, & lucis inextinctæ lychnus, Virginumque custodum domus.

Et Plutarch. in Numa, & in Probl. c. 75. in Pyraeo ignem sempiternum custoditum scribit à matrimonio solutis: De Ægyptiis refert Diad. lib. 1. De Persis idem Strabo supra, & Curtius lib. 4. & Pausanias 1. Eliac. & Procopius lib. 2. de bell. Persic. De Romanis res compertissima est, Plutar. sup. à quibus ignis ille Vesta vocabatur, quem Vestales virgines curabant, & tuebantur.

De Britannis Solinus cap. 35. De aliis aliis, quorum Tiraquelus illustrans Alexandrum ab Alexandro, mentionem facit, ib. 12. cap. 12.

\* DE IGNE PERPETUO APUD JUDÆOS SERVATO, EX MANDATO DEI.

ITEM FESTUM IGNIS.

Narrat Moyses, quomodo Deus octavo die ab erectione tabernaculi, miserit de celo ignem in altare ejusque victimas: eoque igne deinceps usi fuerint Sacerdotes in sacrificiis; quo quia Nadab & Abiu usi non fuerunt, sed adhibuerunt exterminium & profanum, idcirco igne de celo ejaculato absumpti fuerunt, ut dicitur Num. cap. 10.

Debebat autem hic ignis semper à sacerdotibus summa cura appositus lignis, aliisque fomentis jugiter foveri & conservari, ut patet Lev. 6. vers. 12. unde deinceps ab eis semper in tabernaculo, & deinde in templo servatus est, usque ad tempus captivitatis Babylonice, & conflagrationis templi; ea enim imminente, sacerdotis ignem hunc divinum ex altari & templo extulerunt, atque in puteo absconderunt; quem soluta captivitate requirentes jubente Nehemia, non ignem, sed loco ignis aquam crassam repererunt, quæ in eundem ignem, rursum, sacrificante Sacerdote, est conversa; quo igne postmodum usi sunt sacerdotis in secundo templo Zorobabelis, atque in hujus rei & miraculi memoriam, instituerunt Festum dati vel potius redditi ignis. Hæc omnia patent 2. Mach. 1. v. 19. & seq.

\* HEBRÆORUM FABULÆ DE HOC IGNE.

Tradunt Hebræi, in igne isto Sacrificia absumente, leonis faciem conspectam fuisse, ut repræsentaretur Christus, qui est Leo de Tribu Juda, quique immensa charitatis suæ igne pro nobis in cruce hostia factus, omnia nostra peccata absumpsit, nosque Deo patri reconciliavit. Addunt & alia multa: scilicet primo, quod ignis hic non poterat extingui aquis, etiam si flumina incidere, & obruerent eum. Secundo, quod non egebat nutrimento. Deus tamen volebat, ut Sacerdos eum nutrirer. Tertio, quod servabatur panno purpureo involutus. Sed hæc sunt fabulæ Judaicæ: cur enim tanta cura gessit ignem hunc nutrire Deus, nisi quia non tantum aquis, sed & deficientie fomite & lignis extinctus fuisset? Errant secundo Judæi, dum censent ignem hunc caelestem in secundo templo semper defuisse, contrarium enim patet ex 2. Mach. 1. v. 19. Hallucinat tertio Abulenſis, dum censet ignem hunc post octavum diem defecisse, eò quod deinceps in deserto per 38. annos non sacrificaretur; ac proinde eos in Chanaan, cum rursum sacrificare cœperunt, ignem non ex celo, sed ex silice naturaliter elucuisse, eoque sacrificia cremasse. Ignem enim hunc nunquam defecisse, patet tum ex loco Mach. iam citato, tum ex eò quod iusti Dominus cum perpetuo nutrire & conservari, cap. 6. v. 13. Ita Ribera lib. 5. de Templo c. 17. & alii passim. Pa-

ri modo iussit Deus, in mensa panes propositionis jugiter, etiam E in deserto sibi apponi, ut patet Num. 7. v. 7.

\* SYMBOLA VARIA IGNIS.

Mythicè ignis Symbolum est castitatis & puritatis divinæ, quam homines, maxime Sacerdotes, imitari debent.

Hinc Romæ virgines Vestales pari obliervantia ignem facrum & pudicitiam conservabant; sed & ignem ipsum, vitæ pariter & castitatis symbolum, Vestam vocabant; sic enim de ea canit Ovidius in Fastis:

Nectis aliud Vestam, quam vivam intellige flammam,

Nataque de flamma corpora nulla vides.

Iure igitur virgo est que femina nulla remittit,

Nec capit & comites virginitatis amat.

Hunc ignem dum servaverint & auxerint Christiani, non metuent ignem illum, de quo scriptum est Deut. 23. Ignis saccentus est in furore meo, & ardebit usque ad inferni novissima.

Secundo, ignis est Spiritus Sanctus, qui in die Pentecostes specie ignis descendit in Apostolos & Ecclesiam, semperque form ea permanet, ut iam ante descenderat in Christum, Ioan. 1. vers. 33. Ita Iſych. & Radulph.

\* SYMBOLORUM CAUSÆ VARIÆ.

Porto quàm ignis, Dei, Spiritus Sancti, & Charitatis, aptum sit symbolum, auid.

Primo, ignis est quasi omnipotens, quia ferrum emollit, & omnia metalla liquefacit. Talis est Deus, & charitas.

Secundo, ignis, si hostis est, terribilis est ac formidandus, ut patet in incendiis & fulminibus: sin vero amicus, summe beneficus est; ignis enim cibos coquit, & omnia etiam durissima homini emollit.

Tertio, ignis in tenebris ducatum præstat, & perſugium.

Quarto, ignis contractantem adurit, assantem calefacit. Ita eminus & reverenter cum Deo agendum est.

Quinto, ignis nunquam est otiosus ac languens, sed vividus & activus.

Sexto, ignis in abstrusis silicis venis deliteſcit; ita Deus in rebus creatis intimus est, & abditus.

Septimo, ignis clarus & fulgidus, præſertim in caligine.

Octavo, ignis ab omni alia re (secræta, & purissima est; nec in eo quicquam est, quod non sit ignis: quinimo aurum, argentum, & alia metalla liquet.)

Nono, ignis aliis se communicat, & integer in se perſiſtit, imò eò magis augeat.

Decimo, summe Dei sapientia, bonitatis & potentia conjunctio, in ignis luce, calore, & efficacia mirificè exprimitur.

Undecimo, ignis alia confringit & obdurat; alia laxat & resolvit: sic Deus cujus vult miseretur, & quem vult indurat. Rom. 9. 18.

Duodecimo, ignis plura inter se divisa liquefaciendi unit & coagmentat: ita Deus gentes omnes in sua fide & spiritu unit.

Decimotertio, ignis aquam, etiam si sibi contrariam, calefacit: sic Deus, etiam sui hostibus benefacit.

Decimoquarto, ignis sursum tendit, quasi dicat, Cœlestis sum: hinc major ei efficacia inest sursum, quàm deorsum.

Decimoquinto, ignis alia liquefacit, alia non calefacit, ut adamantem & carbunculum; alia in fumum, alia in favillam, alia in cineres, alia in calcem convertit: ita varia est Dei, & Spiritus Sancti operatio.

Decimosexto, sicut ab igne manat lux & calor, ita à Patre Filio & Spiritu Sancto, ait Damasc. 1. fid. 9.

Denique ignis hic altaris, tam victimas, quàm offerentes, quasi consecrabit & sanctificabit. Rectè ergo dixit Heraclitus, Deum esse ignem intelligibilem. Hæc ex Comment. Corin. à Lap. & Societ. Jesu Theologi doctis. in c. 10. Levit.

IGNIS QUI PERIERINT.

Ac primum, Igne celo misso.

E S. SCRIPTURA.

Dominus pluit super quinque civitates, Sodomam, Gomorham, Adamam, Seboim & Segol, sulphur & ignem de Cælo, easque subvertit, detestabili peccato factentes. Genes. 34.

CORE cum ceteris viris igne Domini absumptus. Mox etiam 14700. Israelitarum, qui contra Moysen iniurixerant. Numer. 16.

A NADAB & ABIU, filii Aaronis, afferentes ignem alienum coram Domino, devotari sunt ab igne cœlesti. Levit. 20. Duo semicenturiones, singuli cum L. militibus, Eliam Prophetam comprehensuri, igne cœlesti absumpti sunt. 4. Reg. 1.

HISTORICA.

IGNE EXUSTI, SUFFOCATI.

Momus.

EMPEDOCLES se in ardentis Ætææ specum intempeſta nocte coniecit, ut cum repente non apparuisset, abussè ad Deos crederetur. Horat. in Arte.

Deus immortalis haberi

Dum cupit Empedocles, ardentem servidus Ætæam

Inſiliit

In flammam Ætææ projectum crepidula prodiderunt, quas flamma eructavit: æneis enim usus fuerat, uti tellatur Laertius; at Strabo negat.

B PLINIUS II. Veronensis, Vespasiani Imper. tempore, cum opus de Natura successivis temporibus confcriberet, in montis Vestivi incendio, dum egressus causam indagare cupit, perit. Volat. lib. 18. Anthrop.

Fama est, Cælium Bassum, Poetam lyricum, in suis prædiis, ardente Veservo, latèque vagantibus flammis, cum villa sua conflagrasse.

Antri, Speluncæ.

Saxo lib. 7. historia Danica ait, Frothomem Regem in antro, quod confugerat, flamma & fumo fuisse suffocatum.

Perbis, Arvis, Turris.

Iſtaurenſis à Perdica obſeſſi, eò quod vivente etiamnum Alexandro Balacrum Nicænoris F. Fatrapam interfecerant, videntes sibi certum supplicium imminere, nec vires habere ad resistendum, liberos & uxores, tandem seipſos accensa urbe in ignem præcipitavit. Diad. lib. 18.

Servii Galli, Alpium accolæ, à Q. Martio Rege obſeſſi, cum nullam liberatam spem sperere viderent, interfectis liberis & conjugibus, se cum omni præda igni absumptos obſecerunt. Europ. lib. 4. Orof. lib. 5.

M. BRUTUS interfecto Cæsare Lycios intra Xanthi muros obſedebat. Xanthii machinas qualdam adorti sunt nocte, ignemque eis ingesserunt. Ventus acrior in prunas muri concitavit flammam, quæ proxima ædificia comprehendit. Brutus urbi tunc, imperavit militibus, ut ignem extinguerent, & opem ferrent urbi. At Lycios ingens subito & incredibilis ad desperationem ardor invalit. Itaque cum pueris & mulieribus liberi & servi omnis ætatis hostes petebant ex muris, qui ad sperandum succurrebant incendium. Quin omne igni aptum sumentum ingerentes, trahabant flammam in urbem, eique quamvis materiam subſciebant & augebant: ita ut diffusa flamma urbem undique amplecteretur. Postea non viri modo & femina, sed parvi etiam pueri, cum vociferatione & ululatu partim insiliebant in ignem, partim supernè præcipitabant se ex muro: ita ut omnes in urbe, exceptis 150. isto incendio perierint. Plut. in Bruto.

Cum Crucifera, Germanorum quorundam principum auxiliis aduti, agros Litanorum infestarent, & arcem Puellæm obſedissent: Barbari, qui erant in præſidio, desperatione redidit nendæ arcis adducti, pyram in medio accenderunt, & facultates, liberos & uxores suas, ac seipſos ad extremum, in eam coniecerunt, ne vivi in potestatem hostium venirent, an. 1338. Crom. lib. 10.

Capta à Caroli V. classe ann. 1532. Naupacto, Turcæ quidam, crudelitate Christianorum territi, media inclusi turres, seipſos & turrim totumque penè castellum succenso tormentario pulvere concremarunt. Joſius lib. 31. hist.

Templi.

ABIMELECH Gedeonis notus, capta urbe Sichem, sparſoq; in ejus area sale pro semine, sine fœtus & ætatis discrimine omnes passim trucidavit. Profugos inde, qui velut tutissimum aylum templum Baalberith occuparant, cum liberis & uxoribus, circumdata lignorum strue, fumo & æstu crudeliter necavit. Sab. lib. 8. cap. 3.

In excidio Hierosolymitano, cum ex populo Judæorum sex millia in porticum templi, que sola restabat, confugissent, falso persuasum prophætae cuiusdam, quasi ibi signa salutis à Deo accepturi essent, igne injecto à Romanis, omnes ad unum perierunt. Joſeph. lib. 7. belli Judaici.

Cum Phocenses post direptum sanum Delphicum propè E Abas, ubi non multum abest Apollinis templum, arcem exstruere niterentur, Bæoti in eos invaluerunt: subitoque pars palantes in oppida proxima fugam arripuerunt: alii ad quingentos in templum cum confugissent, extincti sunt, miro quodam modo. Erant circa templum lecti & mensæ complures. Cumque in tenoriis Phocensium, qui ad templum se receperant, ignis relictus casu lectum unum incendisset, tanta repente, ad eoque supra omnium fidem flamma excitata est, ut templum & Phocenses, qui eò se contulerant, vivi cremati sint. Visusque est Deus saltem, quam supplices petiverant, eis concedere noluisse. Diad. lib. 16.

Argivi in Argi luco (ut Herod.) in Martis luco (ut Pausan. in Corinthiacis) à Cleomene circumventi, & ab Argivis combusti (sic Herod.) vel ceteri ipsi semetipſos combusserunt, uti Pausanias vult.

Cum Hamilco Carthaginensis Agrigentum cepisset, Gellias civis Agrigentinus, crudelitatem Carthaginensium declinans, cum nonnullis focis in templo Palladis à se incendio combustus est. Diad. lib. 13.

HASDRUBALIS Carthaginensium Ducis uxor & liberum cum nongentis militibus incendio templo flamma perire. Strabo lib. 17.

PATERNUS SCOTUS Monachus, Padeburna Germaniæ civitate igne concremata, cum majori Ecclesia, egressi nolens propter votum factum, se quoque comburi passus est. Sigebert. in Chronicis.

Regiæ.

ZAMBRI Israelitarum tyrannus, cum Elam Regem interfecisset, & Theriam se recepisset, videretur se ab univerſo exercitu ad supplicium expoſci, septimo die cum regia semetipſum concremavit. 2. Reg. 16.

MEDEA agræ ferens se ab Iafone relictam, sibi que Creusam seu Glaucam Creontis filiam superinductam fuisse, novæ nuptiæ dona quædam misit nuptialia, quæ eidem & toti domi incendiam attulerunt. Nigidius tamen apud Maserium ait, Corinthi fontem esse, Glaucem nomen, in quem se illa præcipitavit, quam adversus Medææ veneficia igneque id sibi spectat profuturum. Diad. lib. 4. cap. 3.

SARDANAPALUS Assyriorum Rex, ab Arbace seu Arbace Mediæ præfecto, ob molliorem mulieribus munditias (nam habitum mentis femineum, inter puellas suos tractabat & pensâ) bello petitus: ubi vidit res suas pessum ire, pyram in regia extrui curavit, ac incendio se dedit; & hoc solo virum te docuit, quod non expaverit mortem. Justin.

SELEUCUS Gryphi F. regno exutus ab Antiocho Eusebe, fugatus in Ciliciam, postquam à Mopſearis receptus est, cepit ab eis tributa exigere. Qui non ferentes exactionem, unâ cum regia & ipſum & amicos concremaverunt. Joſeph. lib. 13. cap. 21. Antiquitatum.

Thalani cives à Metello Cof. obſeſſi, ubi disjectis muris apparuit oppidum paulò post captum iri, omni auro pretioſaque veste in regiâ domum comportata, vino & epulis gravati, subſecto igni sese cum tota domo, & omni gaza incendio consumperunt. Sab. lib. 2. Em. 6.

INGVALIUS Heroti F. Biornum Danum paterni regni in Gothia & Sveonia occupatorem expulerat. Biorno magno cum exercitu Sveonia ingressio, repentina flamma per hostes immissa, aulam ipsam cum rege & proceribus absumpsit. Joan. Magnus lib. 17. cap. 8.

VIVILEMUS Hollandiæ Comes, Romanorum Rex contra Fridericum II. Imp. electus, filiam Orthonis Ducis Brunſivicensis duxerat: ea solemnitas Brunſivici peragebatur in palatio Leonis. Ipsa nuptialis nocte, que fuit proxima D. Pauli Conversioni, grave in palatio incendium exoritur: Rex & caulam vix nudi periculum evaserunt: Sartores, qui incendio caulam præbuerant, perierunt miserabiliter per imprudentiam. Non multo post inter Colonienſem Archiepiscopum & Regem tantus in oppido Nussa tumultus exorsus fuit, ut igne per Colonienſes admoto ipsi Regiæ, Rex cum Apollonio legato penè conflagravit. Crantz. lib. 8. Sax. cap. 17. & 19.

Domus.

SAMPSONIS Socer, civis Thamnatis, cum filia Sampſoni crepta, & alteri nupta, ob damnum à Sampſone per vulpes acceptum, à concubivis unâ cum tota domo igni crematus fuit. Judicium 13.

ALCIBIADES Clytiæ filius, in Phrygia exulans, percussurum (qui



A (qui immiffi fuerant) immanitate, vivus in cubiculo crematus est. Ovid. in Ibin:

Clytiadeque modo circumdatus ignibus atris, Membra ferax Stygia fenucremata neci.

Iustin. lib. 5. & Plut. in eius vita dixerimode.

Sodalitates, quae passim fuerunt Pythagoricorum seditione opprefforum, in exilium sunt actae: & illos, qui adhuc erant confociati, concilium in domo quadam Metaponti agitantes, Cyclonii flamma circumventos omnes necaverunt, extra Philolam & Lyfiam, qui juvenes robore & agilitate ignem reputerunt. Philolam ad Lucanos persequitur, atque inde foepes ad alios amicos jam congloratos & Cycloniorum victores contulit se: Lyfias autem, Thebas. Plutarch. de Socrat. Demon.

CALLISTHENES tribunus Antiochi Epiphani, mercedis gratia omnia faciens, Hierosolymae portas sua manu incendit. Quem ut latere in urbe, post fugatum Nicanorem Antiochi ducem, Judae Machabaei fratres intellexerunt, adiculam, in qua deprehensus erat, cum ipso succenderunt, & dignam pro maleficio mercedem ei retulerunt. 2. Mach. 8.

THEOGNES civis Numantinus, perditus & afflictiis rebus Numantiniorem, cum omnes reliquos cives, nobilitate, pecunia, honoribusque superaret, vicum suum speciosissimum incendit, protinusque strictum gladium in medium posuit, ac binos inter se dimicare iussit, ut victus incia cervice ardentibus tectis superjaceretur. Qui cum hac ratione mortis omnes absumpsisset, ad ultimum seipsum flammis immisit. Valerius lib. 3. c. 2.

ADRIANUS, quod ejus avaritiam cives Romani ferre non poterant, Uticæ domi suæ vivus exustus est: idque ita illi merito accidisse existimatum est, ut letarentur omnes, neque ulla animadversio constitueretur. Cic. orat. 3. in Verrem.

VALENS Imp. Rom. pugnans cum Visigothis, dum sagitta faucibus, versutus in fugam, agrè in cujusdam villulae campum deportatus esset, ab insequentibus hostibus deprehensus, subito igne consumptus est. Blond. Dec. 1. lib. 1. ex Sex. Aurelio.

Greg. T. uron. c. 81. de Glor. Conf. scribit de Mariano Eremita, cujus festum quotannis celebrari solitum fuit, quod ædes cuiusdam (qui propter domestica negotia & necessarias occupationes ad festum ipsius diem non advenerat, commonestantique a vicino responderat: Melius esse domi opera facere necessaria, quam talem sanctum colere, de cuius salute ambigatur) incenderit, & flammis ultricibus absumperit: ita tamen ut ignis non nisi in ipsius ædes grassaretur.

ALEXANDRO II. in Scotia regnante, Hadintoi, Patricius, comes Atholiz, in divertorio noctu trucidatus, cum ipsa domo igne absumptus est, incertis auctoribus. H. Boeth. lib. 13.

Horri.

ERILUS Thrax pirata nobiliss. Venetorum hostis, Ambrosium Contarenum Venetum Thessalonice captum, contra datam fidem igni excruciatum necaverat. Captus post aliquot annos a Meliis, Pisano Venetæ classis contra Bajazethem Imp. traditus, vivus exustus est. Bembo lib. 6. hist. Venet.

In Vvaldenfies lata fuerat sententia: Aquis in provincia Narbonens, ut opprimerentur omnes promiscue, & diritis ædificiis æquarentur vicus ille Merindolum solo, refecarentur etiam arbores omnes, & locus redderetur desertus omnino. Delati enim fuerant ad Regem, quasi magistratum contemnerent, ac rebellionem facerent. Joan. Minerius, iudicii atque senatus Aquisis præfectus, innumeris hinc inde trucidatis, ad quadraginta circiter feminas in horreum flammis atque feni plenum inclusit, & incendit: cumque illæ vestibus exutis comarentur flammam nascentem respicerent, neque possent, ad majorem fenestram, qua serenum recondi solet, in horreum advolant, ut sese ejiciant. Sed ibi repulsa telis & hastis, conflagrant omnes. Sleidan. lib. 15.

Fornacis.

IXION Philegiæ F. Diam Einei vel Dejonæ filiam uxorem duxit. Cum pollicitus esset se multa munera facero daturum, & ad illa accipienda Dejonæ venisset, eum Ixion in foveam carbonariam, quam tenuissimis tabulis superitis intraverat detrusit. Virgil. 1. 3. Georgic. Nat. Comes Mythol. lib. 6. c. 16.

NICIAS Venator, dum feras immiffis canibus ardentibus infestaret, in carbonariam præceps decidit. Cælius in A. L.

Secundo Hadriani anno, Aurelius Comes Alexandrum Roman. Episcopum, cum Hermete præfecto urbis, ejus uxore liberis, & tota familia, numero mcl. in carcerem conjecit, & tandem in furno ardenti cremavit. Henr. Erfurd.

Carthagine trecenti Martyres sub Valeriano & Galieno s. E. mul passim sunt. Cum enim præles appositis carbonibus, cum thure ad clybanum calcis, conditionem illis dedisset, ut aut thura carbonibus in honorem Jovis imponerent, aut in fornacem calcariam irent, omnes uno impetu in ignem se iniecerunt. Henr. de Erfordia, Vincent. & Martyrolog. Roman.

Navium.

Mygdon piscator cum scapha sua conflagravit. De quo sic Julian. Agypt. in 3. Epigram. eis adætas:

Μυγδων τέρμα βίον λαχόν, αὐτοσολῶ ἤλασεν  
Εἰς ἀδελφῶν, νεκρῶν πορταῖδῶ δ' ἤχαριον.  
Ἦν δ' ἔχῃ ζῶνι βινδάρῃα μάρτυρα μάρτυρον,  
Ἀγρῶν εὐαχλίας πόλλαν βροχιδόβηλον.  
Τὴν δ' εἰς τὸ δανάτο λάξῃ σὺνδρομον, εἰτε τεινδῶν  
Ἐύρετο, σὺνδῆξας ἰθακιδεὺσιν.  
Οὐτὰ πικρῶν ἀνάκτι πῆλα σκῆψῶ, ἴθων ἀἴξῃν  
Μυγδοῖσι, Ἐ σὺμπαλον εἰς βίον, εἰς δαπάνον.

Valens Imp. Arianus xxx. viros Orthodoxos (ex quibus Ur. F. banus, Theodoros & Menenedus præcipui) qui ad eum Ni-comediam venerant supplices, navi impositos, quasi in exilium relegandos, in medio pelago comburi iussit. Socr. lib. 4. c. 16. & Sozom. lib. c. 16.

Vestium.

OTHO ANTONIUS, Montis Ferrati Comes, atque Urbina-tium Princeps, puerum, quem in cubilis ministerio habebat, refinato linteo atque sulphure perfuso involvendum, vivum in candela morem combussit: quod hora, quam ei præfixerat, se non excitasset. Fulgof. lib. 9. c. 2.

CAROLO VI. Francorum Rege ex morbo mense Ise. Patris arbitrium rerum demandatum. Qui verò soluti publica pro-curatione, utebantur regis intima familiaritate, illi ferme aquales ad illum oblectandum, aut nova ludorum lusumque oblectamenta ipsi adinveniebant, aut obsecundabant qualiacun-que excogitanti: ut & illud, si modo ipsius, ac non ipsum al-terius id fuit commentum. Adulta virgo nubebat nobili & in aula gratiosissimo adolescenti: nocturnique ludis Rex cætero G ornatu deposito, vultu in leonini oris imaginem personato, re-liquum corpus pice delibatum, multoque lino depexo, ac in villos confectus ita contexit, ut hispici ac semiferi portenti spe-ciem spectantibus præberet ipse: eodemque habitu quinque præterea nihil saniores in coetum Principum matronarum, virorumque prodeunt, in orbemque refte data, choreas pedi-bus plaudunt, fescennino carmine modulantes. Tota ex regia concursus fit ad picatorum spectaculum. Lodovicus Aureli-ensis Dux, Regis frater, studio clarius videndi, correptam fa-cem propius admovit. Scintilla ex ea in Regem fortè incidens, repentinum in omnes illos effusa flamma conflagrantium. Duo inopes auxilii consiliique pertinaci conflagratione, mi-ferabili ululatu periere, tosti, fædoque nidore. Duo inter ma-nus elati, cum biduum animam traxissent, expiravere: unus ruens in propinquam promi cellam, aqua vinoque se perlucens, salutem sibi peperit. Concursum ad Regem factio, uxor Bitur-igis Regem, antequam ad vivum flammam jam corpus lambens pervenisset, veste, ut caudata fluxaque erat, involvit, ac ignem H reflinxit. Aurelianusfius errorem imprudentiamque excilians, crimine se liberavit. Amil. lib. 10. Fulg. lib. 9. c. 12.

CAROLUS Navarre Rex, Jo. Francorum Regis gener, sub Carolo VI. anno Christi 1387. incendio absumptus est fide suorum confarto, an fortuito. Optimates intolentabili tributa conquefiti, alii compedibus vinciti, alii extrema meuentes, nihil non ausuri per desperationem erant, & sola morte Na-varri liberati poterant, que in tempore infsecuta est, eo mira-culo, ut fides rerum commento fabulæ adumbrata videatur. Ad sexaginta, uti ferunt, natus annos, ac intemperantia li-bidinis viribus exhaustis, ut refecitetur, toto corpore exal-factoris medicamentis delibato, cum decubaret, iussit ignem in ænea pila strato, linteique calefaciendis inferri. Dum im-providè inferret, trepidantque ministri, scintilla in ipsum for-tè prolapsa, continuo fomenta illa inflammavit, ac eum ita affecit, ut quintuldecimus dies totæ finis fuerit. Annales Francici parum absumit argumento aliam famam edunt: indu-ctum eum instumque linteis, aqua vini naphthæ habente quamque idcirco Franci ardentem dicunt, perfusus, eum qui influserat, candentem ardentem sivo ex eundem admovisset, flamma protinus fusa, ita ambulatum, ut intra biduum expt-

A expiravit, mito popularium gaudio, non magno suorum lacru. Amil. lib. 9.

Convenerat Germani aliquot Comites in arce Valden-berga apud Eberhardum Hohenloensem Comitem, cum amicitie nomine, tum Bacchanaliorum causa: qui mos inter eos qui Christianæ pietati nomen desere, nimium frequens est. Ut ergo nobilibus matronis, & virginibus, quæ aderant, noctur-nam ludicrum non vulgare exhiberent, Favorem personas, multa suppa lineis vestibus pice refinatae agglutinata, imitati, sub facibus progrediuntur, & jucundissimo spectaculo convi-vas ad ludum provocant. Ludo tentis omnibus accidit, ut male suspicata tesseræ in terram fortuito cæsi debererent. Eam puer personatus dum repetit, finalis incautus adhibiti flamma concepta, opem instantium implorare cepit. Eberhardus pro sua pietate pueri opitulaturus, eodem malo corripitur. Cor-ripitur & cæteri, quos Comitis ejusdemque affinis & hos-pitis periculum fuit fecerat periculum immemor. Novitate rei altantes primum delectati, mox ubi ex horridis clamoribus rem feriam agi viderunt, ad labrum proximum, quod in hanc eventum paulo ante, seu divinatione quadam imminenti ma-bili, seu nobilis unius, quem multum licet deprecantem in eam pertraxerant societatem, iussit & consilii, aqua adimpleri Comes iussit, certatim accurrunt. Eo ubi ventum, incertum qua sorte, alveus modo exaruerat. Erat qui plycterem aqua plenum afficeret, sed in ipso limine pro nimia festinatione collabatur. Alterius aquam jamjam infunderé parantis cadus ligneus fatiscens, auxilii desperatione calamitatem auget. Vix tandem copia veste injecta sopitus est ignis, & personæ qui-dem illæ reperta, nisi quantum de suppa picata, flamma ab-sumperat: carnes verò subjectæ, tam miseris altulate modis, ut nullis medicamentis vel ardor conceptus extingui, vel dolor mitigari poterit, adeoque paucis post horis Greg. Tubingen-sis, & Albertus & Eberhardus Hohenloenes Comites, in ip-so ætatis flore vitam cum morte commutavit. Anno Christi M. D. LXX.

Rogi, Pyre.

BARUCH eò quod legisset verba, quæ scripserat ex ore Hie-remie, coram Joachim Rege Judæ, in ignem cum volumine C conjecit. Hierem. 36.

EYADNE Martis filia, in rogum mariti sui Capanei apud Thebas fulminat (dum celebrarentur exequiæ) se conjecit. Ovid. lib. 13. de Arte.

Accipe Capaneu, cineres miscibimus, inquit Iphias, in medios æstivæque rogos.

Martial. lib. 4. Epigram. Statius lib. 12. Propertius lib. 1.

THEETIS dea marina, indignata, quod mortali Peleo nupsisset, sex masculos, quos ex ipso genuerat, igni absumpsit, tanquam te indignos. Ultimum verò Achileum cum jam in ignem con-jecisset, Peleus superveniens, puerum eripuit altero labro jam exusto. Unde postea A. J. de dictus est. Lycophron. in Cass.

BROTHEM Vulcani filius, propter oris deformitatem irri-fus, in rogum defiliit, ibique vitam incendio finivit. Ovid. in Ibin:

Quodque ferunt Brothem fecisse cupidine mortis, Des træs succensa membra cremanda pyre.

HERCULES induta tunica, Nessi centauro à se ob suspreatam Dejanitam interfecti cruore tinca, in tantis furias raptus est, ut præ impatientia doloris sese in Oeta monte combullerit. D. Diad. lib. 4. c. 2.

Particidæ apud Aegyptios super spinarum acervos articula-tum præcutis calami cæsi, inde vivi comburebantur. Dio-dor. lib. 1. c. 6.

AXIOTHEA Nicoclis Cypriorum Regis uxor, magna multi-tudine militum veniente à Ptolemæo Agypti Rege ad occu-pandum Regnum, cum Nicocles seipsum suspenderit, fratres-que ejus sibi mortem concivissent, ipsa convocatis fororibus matribus & uxoris eorum, foriter januas muliebris aulae conclusit, & simul omnes ad tecta recurrentes, multitudine ci-vium consuetante, liberos quos in unis ferebant interfecerunt, & igne tectis injecto, alia gladiis semetipsas occiderunt, aliae confiderent in flammam insipientes perierunt. Axiothea verò cum videret omnes egregie jacere, tum etiam ipsa summissio gladio per cadem se in flammam conjecit, ut ne mortuo qui-dem corpore hostes potirentur. Polyen. lib. 8.

Boges Peria, amicus Xerxis, ab Atheniensibus & Cimone Militiæ filio obfessus, licet accepta fide posset egredi, abnuvit tamen, & ad extremum perisit. Inde ubi in manibus nihil commeatu fuit reliquum, accenso rogo, liberos, conjugem,

concubinas, familiam interemit, eosque omnes in pyram E conjecit. Deinde omne aurum urbis atque argenteum è muris disperfit in Strymonem, ac postremo se in rogum conjecit. Herodorus.

CALANUS sophista Indus, cum longum vale dixisset Alexan-dro, Macedonibus, & vice, quando seipsum è corporis vin-culis liberare volebat, extructa & apparatus pyra in suburbio Babylonis, ex lignis aridis, & ad provocandum bonam fragran-tiam delectissimis, cedro, ulmo, cupressu, myrto, & lauro, solitum exercitium obivit (erat autem id curius) & accedens in media strue constitit, coronatus foliis arundinum, assurgente sibi sole, quem ipse adorabat: atque hoc dederat signum Ma-cedonibus, ut pyram incenderent. Quod cum fecissent, ille circumdatus flammis, immotus constitit: neque ante loco cessit, quam expirasset. Tunc ajunt Alexandrum cum stupore quodam admiratum dixisse, Calanum potentiores hostes debellasse, quam se. Nam Alexander cum Poro, Taxila & Datio bellum gesserat: Calanus verò cum labore & morte. Aelian. lib. 5. de Var. hist. Cic. de Divinat. lib. 1. & in Tuscul. quest. Plut. in vita Alex. Strabo lib. 15. Val. Max. lib. 1. cap. 8.

ANTIGONUS Rex, Eumene proditione Argyraspidum cap-to, Antigenem Argyraspidum Ducem comprehendit, & lig-norum strui impositum, vivum combussit. Diad. lib. 10.

Cum Hamilcar Rex Carthagenensium cum trecentis mili-tibus in Siciliam penetrasset, & pugnantibus barbaris cum Græcis, ipse in castris permanens, sacrificaret, solida corpora in pyram aggerens: conspectis suis in fugam vertis, se in ignem immisit. Herod. lib. 7.

Athapenes Hispani Carthagenensibus adversus Romanos semper faverant. Cum Peni ex urbe illorem ejeti essent à P. Scipione, filios & uxores, & omnem imbellem multitudinem cum pretiosa suppellectile in forum contulere cives, collatam arida lignorum materia in speciem grandioris pyrae circumval-lant: quinquaginta inde juvenibus mandant, dira execratio-ne adhibita, nisi imperata fecissent, si se ad pugnam egresfos superari contigisset, confestim in multitudinem grassati, ignem pyrae injicerent, ne quid charissimarum rerum ad hostes per-veniret. Atque sic subita eruptione facta in Romanorum sta-tiones, ancipiti Marte aliquandiu pugnantes, multitudine victi, ad unum caduntur. Tum suorum clade animadversa, juvenes, qui in urbe erant, imbellem multitudinem ferro conficiunt, pyram incendunt, ac incensæ scipios cum artibus injiciunt. Sabell. 5. Enn. 5.

Scribit Plin. lib. 7. Natur. hist. Aviolam consilarem in rogo revixisse. Sed quantum subventi non poterat, prevalente flamma, vivum fuisse crematum.

ZAMARUS Indus sophistes, imperante Octavio Augusto, sine gloriæ cupiditate permotus, sine senectute (ut mos est re-gionis) vivus se in ignem conjecit. Xiphilin. & Dion. in Aug.

JUDAS Satiphazi & Matthias Margalothi Ff. doctissimi Ju-dæorum, & interpretes legis patriæ præstantissimi, juvenem-tem concitaverunt, ut aquilam auream supra majorem por-tam templi ab Herodoto dedicatam detraherent, cum lex vet-ter imagines fluere, aut consecrate animantium effigies, Itaque claro meridie adicentibus quidam detractam aquilam conciderunt securibus, inspectante congregata in templum multitudine. Dux Regius majorem conspirationem veritus occurrit eò cum valida suorum manu, cohibitus demolitio- res aquilæ. Facile reliquis disjectis, circiter quadraginta ju-venes resistere ausos comprehendit, cumque his auctores fa-cinoris, Judam & Mathiam, omnesque ad Regem perduxit. Quo rogante, quo freti, ausi sint sacratam imaginem demere, ajunt, se & deliberasse id multò antè, & deliberatum ex-ecutos, ut fortes viros decuit. Ab Herode igitur vivi sunt e-usti. Ioseph. lib. 12. cap. 8.

JONATHAS Judæus, rector, ficiariorum unus, qui è bello Judaico in Cyrenaicam provinciam perfergerat, à Catullis Pen-tapolitane Libyæ præfidiis exercitu captus, vitæ redimentæ, vel saltem pœnæ differendæ gratia, Catullo ditissimos Judæo-rum Cyrenensium falso detulit. Quos ille per ficiarios truci-davit, bonaque eorum occupavit. Petit igitur Catullus, ut Romam & Alexandriam protecti, etiam ibi Judæorum nobiliss- simos accusarent. Cui motem gerentes, cum Romam per-venissent, mendacique Vespasiano cognitor convicti essent, Jonathas virgis cæsus & vivus exustus est. Idem lib. 7. cap. ult.

Aquilejenses cum pertinacissime Julian. Apostatae obsidio-nem pertulissent, simulatque Constantium Imp. mortuum, & Julianum confirmatum ab Agilonè ante muros urbis nuntian-tem,



Atem, audierunt, primum fidem inhiuerunt, deinde pacti salutem, postquam susceptum in urbem cum iurando id affirmantem viderunt, exemplo deditionem fecerunt, ac culpam defectionis in Nigrinum equum ubanum paucoque alios rejecerunt. Itaque Nigrinus, Maneritio praefecto praetorio quaestionem exercente, post eo nomine vivus exultus est. *Sigon. lib. 6. Imp. occid.*

Lego, Christianos quandoque Sarmentinos & Semaffios probrose nuncupatos, quod ad stipitem dimidiu assis revincti famentis circumsectis amburentur. *Calins lib. 10. c. 8. Antiq. Lett.*

POLYCARPUS, Joannis Apostoli discipulus, M. Antonio & L. Aut. Commodi imperantibus, quarta post Neronem persecutione, Smyrnae, spectante proconsule cum universo populo, in amphitheatro igni traditus est, & inter Martyres merito relatus. *Ex Hieronymo.*

EMERITA, Lucii Anglorum Regis soror, pro Christiana itidem pietate flammis extincta, spiritum Domino reddidit.

Imperante Maximiano convenerant Christiani in templum cuiusvis aetatis & sexus, memoriam Nativitatis Christi celebraturi: Maximianus missi eo qui templum incenderent, sed prius per praecorion significarent, ut qui vivere vellent, exirent e templo, & in proxima Jovis ara adolerent: qui nolent, cum ipsa aede confagratos. Tum assurgens in templo unus ceterorum omnium nomine respondit: Christianos se omnes esse atque unum eumque solum Deum & Regem esse credere, Christum, ipseque ac Patri ejus ac Spiritui sancto se sacrificaret: nunc vero omnes etiam sese ei offerre paratos esse. Ad hanc vocem ignis succensus, ac concremati sunt homines vices mille. *Niceph. lib. 7. c. 6.*

LETHUS Episcopus, ab Honorico Vandalorum Rege, incendio cum multis aliis concrematus est. *Segeb. in Chron.*

ANDRONICUS COMMENTUS tyrannus scribam cognomento Mamalum in Hippico cremavit. Incenso rogo in Sephenthone stadii, producit ille finibus vincetus & nudus. Carnifices adolecentem, cui plurima lanugo malas vestiebat, longissimis percutis in medium ignis trudebant. Is doloris acerbitate urgente, nunciatus illorum evitando in ignem reuebat, nunc ardorem fugiendo, ictibus obvium se ferebat. Tandem fatigatus, supinus concidit, & tetro exultu carnis faetore spectatorum nares inficit. Libelli aliquot una cum eo cremati, qui de securitibus Imperatoribus tractabant, quibus recitandis Alexium ad Regni amorem impulsisse fingebatur. *Nicetas.*

Tempore Romani Lacapeni Imp. Basilus quidam Macedo, ob id quod se primo Constantini Duce filium, deinde pro ipso Constantino Duce vendidisset, & hinc inde vagans urbes ad defectionem movisset, primo manu truncatus est: postea aere manu abscissa loco sibi facta, castellum, cui nomen Latium saxum, occupans, unde proxima quaque depredata est, ab Imperatoris exercitu captus, & in Amaltriano crematus fuit. *Cedrenus.*

PHOCAS, Mauritio Imp. caeso, tyrannide accepta, mutilatus primum ab Heraclio, qui Imperium invasit, mox ignibus concrematus est. *Segeb. in Chronica.*

CHRANNUS Lotharii Francorum Regis filius, eo quod parenti diu multumque rebellasset, ab eodem captus, & igni cum uxore & filiabus consumptus est. *Segeb. in Chron.*

Anno 1208. Almericus Carnutensis, vir eruditus, sed haereticus, floruit, cujus sequaces Lutetiae cum ejusdem obsequio refoffis postea sunt usti. Dicebat, ideas in mente divina creare & creati. *Chronicon Francia.*

Sub Bonifacio IX. ex Alpibus descendit in Italiam ann. 1399. ante Jubileum Presbyter quidam cum magna hominum multitudine. Is albo indutus panno, tantam modestiam vultu ac verbis pra se ferebat, ut ab hominibus sanctus haberetur. Magna igitur multitudine hominum eodem habitu indutorum, unde Albatii dicti sunt, Romam tendens, Viterbii labore itineris fessus substernit. At Bonifacius fraudem veritus subsesse, quasi Pontificatum appetere, milites aliquot praemitit, qui hominem comprehensum ad se perducant. Sunt qui scribant, hujus fraudem quaestione detectam fuisse, hominemque in toto facinore deprehensum, igne exultum, meritis penasuisse. *Plur. & Sab. lib. 9. Em. 9.*

Sub Rodolfo Habsburgense, quidam Fridericus Stuphius magnus Fridericum II. Imp. se esse dicebat, eoque multas ad se urbes pellexit, in Vezeletia copias habens. Fecerunt fidem aliquantum, praeter corporis lineamenta non abhorrentia, per multa quae noveat ejus secreta: quippe servient diu Impera-

tori, & penitiora quadam intellexerat. Sed ubi detecta est fraus, Nustiae captus, Rodulfus igne cremavit. *Cuspin. & Crantz. lib. 8. c. 16. Metrop.*

Cum Philippus Gallorum Rex Clement. V. assensu omnes Templarii nominis uno tempore in potestatem redegerit: Jacobus Borgundus, hujus militiae magister, cum tribus aliis assertoribus, Lugdunumque ad Clementem missus, Pontificis hortatu quadam de sua religione confessus dicitur; quapropter res ipsa merito afflicta videtur. Parisios dein retractus, cum eadem publice confiteri iuxta pyram extructam rogaretur, ampla viam se ac impunitate proposita, omnia ea, quae dixerat, tanquam ficta recantavit, eoque nomine quovis se supplicio dignum esse pronuntiavit. Exin rogo impositus, ac admoto paulatim igne primoribus pedibus ad experendam scelerum confessionem, sed frustra, crudeliter crematus fuit. *Sabell. lib. 7. Em. 9. & Emil. lib. 8.*

OTTO III. Imp. conjugem suam, cujus impulsu olim Comitem quendam, qui cum de supro sollicitasset, innocentem secuti percellerat, igni tradere iussit: Comitiss uxore, viri sui innocentiam gestatione ferri candentis probante. *Crantz. lib. 4. c. 22. Saxonia.*

ANDREAS Seramita & Guillelma, sub Mathaeo Vicecomite Mediolanensi, detecti sunt principes fuisse mares ac feminas occulto in loco, sub Barloti nomine, ad Bacchanalem exercendam licentiam congregandi. Nam peractis sacris, quae Guillelma obibat, extincto lumine, promiscuae libidinis genus omne peremittebatur. Itaque Andreas vivens cum aliquot hujus sectae hominibus combustus fuit: aditumque Guillelmae cadaver, quae ante mortua erat, & usque ad id tempus in Clarevallis monasterio sepulta, sanctuarium nomine colebatur. *Fulg. lib. 1. c. 1.*

Cum Dux Bituricensium, Caroli VI. Gallorum Regis patris, per Bethiaticum praefectum multa crudeliter & avaritate apud Auxitanos gessisset, Senatus Regii iussu Bethiaticus captus est. Qui diu omnem culpam in dominum rejecerat, cuius imperio scilicet omnia, per fraudem ei significatum fuit, iudicio ipsum, qui tamen abolendus erat, damnatum iri, ut vel strangularetur vel combureretur. Ea re attonitus, ab iis, qui illud nunciarent, motus est, si se haereticum dixerit, fore, ut ad tribunal Pontificis Avenionem mitteretur, & eius manu Dux Bituricensis facile eum postea receptus esset. Bethiaticus ergo haereticum se, & qui iam multos annos in Christum non crederet, fassus, ad eam itaque indignatione omnem Senatum movit, ut statim tanquam vir pessimus, nulla defensione audita, Senatus decreto cremaretur. *Fulg. lib. 8. c. 1.*

Cum Christiani Latini Antiochiam Syriae metropolim oppugnarent, & in eorum castra facta militiae grege confluerent variae gentes, noluit tamen religionis: Turcae quoque, aut Turcicarum rostrum studiosi, periri linguarum institutorumque eorum, murato culta castra ingrediebantur, consiliaque Latinarum explorata peterebant ad suos, ut nihil jam arcantum foret. Deliberantibus ducibus, quo pacto magis arcantum concilium haberi posset: Boemundus Tarentinus Dux propitius se e castris procerum: Ego, inquit, vos hac cura levabo. Et producti iussit, quos Turcarum captivos in custodiam tradiderat, eoque pro castris propalam jugulatos veribus figi, & subiectis prunis torreti iussit; mirabundique omnibus data voce dixit: Id esse Boemundi obsequium, penaeque de speculatoribus exploratoribusque sumpsa. *Emil. lib. 4.*

In Concil. Constantiensi, quod Joann. xxii. indixerat, Joannes Hussus merito ignis supplicio adjudicatus, & vivus exultus fuit: eo quod haesim suam quam jurarat, resumpisset, & praeter saluum conductum Sigismundi Imper. quo fretus eo venerat, inde calum profugisset: hinc etiam retractus, mortis sententiam incurrit.

Similem quoque vitae exitum ob causam haud dissimilem expertus Hieronymus Pragensis, Joann. Hussi discipulus. Videat Lector quae de illorum infelici exitu diximus in loco de Heresi.

JOANNES OLDECASTELLUM & Rogerium Agnonum Vindicatum Duces, Londinium oppugnantes, Henric. V. Anglorum Rex vicit, captos igni necavit, an. 1415. *Polyd. lib. 22.*

PATRIUS CRAU in Scotiae de Boemia velat Apostolus missus ad predicandam Scotiae V. vicifles & Joan. Hussi discipulus. Videtur Lector quae de illorum infelici exitu diximus in loco de Heresi.

JOANNES CRAU in Scotiae de Boemia velat Apostolus missus ad predicandam Scotiae V. vicifles & Joan. Hussi discipulus. Videtur Lector quae de illorum infelici exitu diximus in loco de Heresi.

Mili.

Milites Ungari, Alba Graeca proditores, verubus affati. *Vide tit. Servitia bellica erga suos milites.* THOMAS CRAMERUS, Cantuariensis praeful, regnique Anglicani praefes, a Maria regina captus, post diuturnum carcerem vivus exultus est Oxonii xi. Cal. April. ann. Sal. 1556. *Sub. supplement. lib. 29.*

PHALARIS tyrannus Agrigentinus, dum cives suos multis torqueret supplicis, a populo una cum liberis & conjuge crematus est, & in eodem turo, quo reos puniebat, lege talionis suffocatus. *Ovid. in Ibin.* PERILLUS, egregius arte artifex, in aeneo tauro, quem Phalaris tyranno ad concernandos in eo adventantes hospites comparaverat, crudelissime, prout dignus erat, exultus est, unde *Perillus*.

Anno magis Siculi genuerunt ara Iovencis? *Plur. Orof. & alii.*

EUSTACHIUS Trajani aulicus, cum cervum in venatione sequebatur, viso inter ejus cornua crucis simulacro, auditaeque hac voce: Cur me persequeris? statim conversus est unam cum Theopista uxore. Quod ubi relatu Trajanus, ambos in tauro aeneo comburi iussit. *Volaterranus.*

OLYMPIAS, Philippi Macedonum Regis mariti filium ex pellice in aeneo pelvi ignibus circumdatis cruciatum enecuit. *Pausan. in Arcad.*

LAURENTIUS & TYBURTIUS Martyr, pro Christi nomine in eandem volentes perterunt. *Jo. Fr. Mirandul. lib. 2. Hymnorum.*

— jucunda incendia Laurens Suspicit, empyrea multum irroratus ab unda. Atque per ardentem prunas illesus abibat, Majores in corde ferens Tyburcius ignes.

THEODULUS martyr, cum imperante Juliano sub Phrygiae praefecto minoris Amachio cremaretur, alta voce clamasse dicitur: Volve, si vis deglutare jam coctum. *Sid. & Niceph.* In Metropoli Phrygiae, Macedonius, Theodulus & Tatianus, statuis, quas praefes Amachius in templis collocaverat, noctu confregere. Cumque praefes in alios, quos suspectos de facto habebat, animadvertere vellet, ipsi prosistere, auctoritas se esse contentes. Abverte igitur, omnis generis tormentis subiecti: postremo vero craticulis impositi, affati sub Juliano apostata. *Socrates lib. 3. c. 15. & Sozom. lib. 5. c. 11.*

Car interfecto Cyri per dies decem excruciatu, aere fervente in aures insillato, a Parysatide matre Cyri necatus. *Plur. in Antaxerxe.*

MANNIUS ATILLIUS legatus Romanorum, victi L. Cassio cum legatis & focis regibus asino vincibus sedens circumventus, inde insulo gutturi auto necatur a Mithridate. *Sabell. lib. 3. En. 6.*

PIMPUS Florentinus, quum Sigismundi Ungariae Regis nomine multa praecelata facinora contra Venetos gessisset, auro demum a Venetis corruptus, in Ungariam revertitur est. Quem detecta viri avaritia, Sigismundus insulo in os auro necari iussit. *Bonfin. lib. 3. Dec. 3.*

Vide Locum Suppliciorum, Martyrum, &c.

\* AB IGNE NON LEDI.

Petropauca ex Tit. De impassibilitate. *Vbi de Hippini agitur ex Plinio.*

De Salamandra referunt Naturales, quod innato sibi frigore ardentes carbones circumpositos exinguat haud secus, quam glacies. Quamvis experientia constat, Salamandram vim flammaram diu sustinere non posse. Non enim adeo multi anni effluxerunt, quod binas Salamandras admotis prunis flammantibus Antverpiae tentaverit Adrianus Beyerlinck Pharmacopeus expertissimus, & inter alios Belgicae primus, ac cum stupore viderit, eas vix exiguo tempore restitisse flammam: quamvis frigore suo ignem nonnulli restinguerent.

De Hirpinis, quos alio loco diximus, illos per ignem ambulare; memorat Varro, quod pedes medicamento illinant, ut tuto ignem premant. Quod facere volunt nonnulli eos, qui membrum aliquod sanguine Salamandrae illinant. Sed Plinius non assentitur.

At jam minus admittetur, ait *Jo. Pierius lib. 16. hieroglyph. c. 25.* quod in *Quadrigrariis* annalibus legitur, oblitam alumine

materiam succendi non posse: idque esse verum, Sylla in Archilaum bellante comprobatum. Sanè laticem inter arbores neque flammam emittere, neque nisi longa & vehementi extinctione in carbonibus abire, manifestum est: quod in fornacibus exploratum, reliquis lignis admixtum, longo temporis intervallo consumi. Hoc & Casari in expugnatione castelli cuiusdam, quod Lacignum nomine dixerunt, quia Larice praenuntium fuit, circa Alpes, non citra summam admirationem cognitum. Lino vero, quod nonnulli Carpasium appellant, de quo Pausanias, arderet id perpetuo ante Mineræ illius simulacrum, quod caelo, ut fama fuit, delapsum, in Acropoli visibatur. Patavii ego pro elychniis in lucernis aliquando usus sum; materia enim integra & incolumi perdurante, tandem ardet, quamdiu oleo intinctum fuerit. *Haec Pierius.*

Sed enim aetate nostra vidimus, ait idem, ipse Rome, Benedictum quendam Teutonicum, arte Speculorum fabrum, qui non temere proficiebatur, se per flammam medias in cellum circa ullum vel capilli unius detrimentum, quem & plurimum, & Teutonico ritu valde promissum habebat. Vidi ego hominem manus in liquefactum plumbum immittere, idque ex candenti patella in volam accipere, aequae ac si argentum vivum aut tepida fuisset aqua; introductus olim ad hoc spectaculum ab amplissimo viro Bernardo Vibieno, qui mox magni nominis Sacerdos Cardinalis fuit, in cubiculo Joannis Medicei tunc Cardinalis, in conspectu cuius haec fiebant.

Consulatur locus de innocentia. *Vbi sub tit. Purgatio Innocentia, plura exempla referuntur illorum, qui ferrum, & alia ignita sustinuerunt absque ulla lesione.*

\* Ignobilis.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Ignobilitas, Genetis obcuritas. Hebraei appellant Zulloth homines ignobiles, id est, sordes, viles, homines nihili, *Psal. 13. 9. & Zalzolim*, culmos erectos & luxuriantes, sed sine fructu, *Es. 18. 5.* a verbo *Zalal*, in luxu vixit: unde *Zolel. Proverb. 23. 21.* comestator & potator. Nam quid aliud sunt quam sordes, & plane ignobiles, qui ctapula, ebrietate, & omnis generis obtemperie delectantur? *Galliae Ordures.* Quamvis Ignobilitas genus proprie spectet. Ignobilis enim dicitur velut Ignotus, cujus nec nomen quidem scitur. *Isidor. lib. 10.*

A P O P H T H E G M A T A.

Bion, percontanti Antigono Homericorum versu: *Τὸ πῶς ἐστὶν ἀδύνατον, κἀδὲ τοῦ ὄντος, κἀδὲ τοῦ οὐκ ὄντος.* sentiens, se traductum de generis ac genit ignobilitate, respondit ingenue, Pater meus libertus erat, cubio sese emungens significans, eum fuisse salamentarium: addebat, illum Borythenitem fuisse genere, non facie, sed in fronte gestare scripturam domini anati: matrem fuisse de Ispanari, cum cetera item nude commemorasset versum Homericum: *Ταῖσιν τῆς ἡρώδης, τὰς παρὰ τὸν Ἰσπανοῦ ἀναι.*

*Laert. lib. 4. c. 7.*

ANTISTHENES dicebat, generis obcuritatem esse bonum par labori. Adversus illud Epicuri *κατὰ βίονας*: Multi student ignoti esse, quo vivant in otio. At ignobilitas, quoniam patet quorumlibet contemptum, non minus adfert negotiorum quam famae claritas. *Diogen. & Laert.*

Idem quodam opprobrianti, quod esset hybrida, hoc est, non è duobus ingenis natus, sed ex patre Atheniensi, matre Phrygia: *Nec è duobus, inquit, luctatoribus natus, & tamen luctator sum.* Sentiens, non tam referre, unde natus sis, quam quis sis. Is verè liber est, quem philosophia liberum facit; & is verè Graecus est, qui Graecorum disciplinis institutus est. *Laert. lib. 6. c. 1.*

SOCRATES male audiens a quodam Atheniensi, quod ex matre obcurita natus esset, respondit: An putas virum praclarum non ex obcuris parentibus procreari posse? Innuit autem, non ex parentibus, sed ex rebibus gestis veram nobilitatem iudicandam. *Ibid.*

MENEDEMUS Eretrienfis, cum aliquando decretum tulisset ad populum, quidam ita tetigit illum, ut diceret, non esse sapientis neque tabernaculum consuere, neque decretum scribere. Subnotans, quod ex patre coriario natus esset ipse quodam eisdem optifici. Nam olim tabernacula è pellibus caprarum consuebantur. *Laert. lib. 1.*

SOSTRA.



A Socratus, cuidam obiectanti, quod ex ignobilibus pro-

gnatus esset parentibus: Atqui, inquit, ob id ipsum debui magis laudari, & admirationi esse, quod a me genus initium cepit. Anton. in Meliss. part. 3. ferm. 79.

Epicharmi gnoma est. Πρωτον δ' εστιν & εστιν, εδω δ' ον κενος Απορ τις αυτη διαρρηξ αυτη εστιν.

Tantum non suffocor, cum nobilitatem aliquis hominibus & malis. Nominat, qui moribus ignobilis est. Quid enim commercii speculo cum ceco? Haud aliter Euripides. Ουκ εδ' ημερο νεανια εστιν οδ' ον Εαυτου ελεος, εδ' οδ' ειν υπερδ' κακω Εδμη ημερο καδω, εδ' οδ' ον εδω. Vulnus infligi non potest, si quis feriat, Iancis palustribus, nec ex matre mala Filius nascuntur, qui forsiter hastam traxerunt.

B

\* Ignominia.

\* DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Ignominia, Græcè, ἀτιμία, & ἀτιμία, ignominiosus dicitur. Est autem ignominia nota nominis, venitque à nomine. Nam sicut à nomine cognomines dicuntur, qui ejusdem sunt nominis: sic ignominies, qui laude & gloria carent, quasi inglorii & illaudati. Inde deducitur ignominia. Cicero: Censet iudicium nihil ferre damnato, nisi ruborem.

Ignominia variis occasiones, & modos. Item qui, & qua de causa ignominia affertur, quare in Loco de Decore.

Ignominiam detegere, propulsare, depellere. Pete ex Loco de Gloria. Tit. Ignominia, Dedecoris propulsatio.

IGNOMINIE VARIÆ GENERA, NOTÆ.

Consule Tit. & Locum de Supplicis. Vbi de Supplicis quoad Fortunas, Domicilia: Ignominia multa.

Cum David misisset servos ad Hanon filium Naas, qui eum solentur super patre suo defuncto, ipse auctans pessimis consiliariis, qui dicerent exploratores esse, tulit eos, rati que Cindidiam partem barbar eorum, & praecidit vestes eorum medias usque ad nates, & sic dimisit eos. 2. Reg. 10.

Apud Hispanos in adulterio deprehensi, varia ignominia assignantur. Siquidem adultera asino insidens circumducitur tergum nudato, & melle illito, in quod apes innumerae aculeum suum insigunt: adulter pone sequitur, cervice capite gerens tintinnabilis ornata, tergo nudo, quod crebris ictibus licor verberat. Qui etiam modus gestandi cornua, in Belgio nonnunquam servatus in adulteris & lenonibus.

Ignominie nota erat olim apud Romanos & Græcos, linguam in aliquem exerere: item auriculas affinas manu vel manica eformare post tergum: vel etiam digitos binos instar rostri avium exercere. Hinc Persius.

O iane a tergo quem nulla Ciconia pinxit, Nec manus auriculas imitata est mobilis albas, Nec lingua tantum sitiat canis Appula quantum, &c. Vide Contumelia, Contemptus.

Ignorantia.

\* DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Ignorantia Græcè, ἀγνοια, quod à Privico verbo Gnorō, quod est idem cum voce scio, nonnulli deducunt: hinc Græcis ἀγνοια idem est quod notitico: γνομος notitia.

Accipitur autem Ignorantia, B. Thom. 1. 2. quæst. 76. art. 2. ut sit idem quod nescientia, estque eorum quæ quis scire non potest; unde etiam in Angelis statuitur à Dionysio lib. 7. de Cæl. hierarch.

Ignorantia autem proprie dicta, est eorum rerum quas aliquis potest cognoscere à Ita idem S. Thomas supra.

\* Divisio.

Hæc autem Ignorantia dividitur primò in Ignorantiam prave dispositionis, cum quis iudicat rem aliter esse, quam revera est, & dicitur Error: & in Ignorantiam pure privationis, estque sola privatio scientiæ quam quis debet habere.

Dividitur secundo Ignorantia in Practicam, & Speculativam. Illam vocant, quæ opponitur scientiæ practicæ, i. tali quæ est principium operis; hæc verò quæ opponitur speculativæ: ut ignorantia mysteriorum fidei.

Tertio Ignorantia alia est Iuris, cum scilicet ignoratur lex. E aut aliquid esse prohibitum vel præceptum. Alia facti, cum ignoratur res prohibita, ut cum quis occidens hominem exitimans feram, ignorat rem prohibitam, nempe homicidium: & potest talis ignorantia esse, vel de opere ipso, vel de operis circumstantia.

Rursus dividitur in Antecedentem, Comitantem, & Consequentem. Antecedens est, quæ omnem antecedit voluntatem, unde nullo modo est voluntaria: & dicitur Invincibilis, & Probabilis; Invincibilis, quando nulla humana diligentia potuit impediri, Probabilis, quia licet potuerit, non tamen debuit vinci hic & nunc, eò quod probabili ratione ita fuit iudicatum, ultra quam nullus debuit inquirere. Est autem hæc Ignorantia causa operis, quod aliis non fieret, si scientia adesset.

Comitans Ignorantia est, quæ nullo modo est voluntaria, nec antecedit opus, quia non tollit scientiam quæ aliis impediret, ut cum quis hominem, quem feram arbitrat, occidit. Qui tamen ita affectus est, ut si sciret, nihilominus occideret, non ex ignorantia, sed cum ignorantia operabitur, ut docet Arist. lib. 3. Ethic. c. 3.

Consequens est, quæ aliquo modo voluntatem consequitur, & estque voluntaria: & dividitur à Canonistis in Affectatam, & Crassam.

Affectata est, quæ quis directè vult non scire v. g. legem, præceptum, &c. ut cum aliquis nesciat legem, non vult legere, ne emendetur, non vult audire monita, &c. Crassa, quæ & Superbia dicitur, quæ tantum ex negligentia oritur discendi, potestque aliquando esse causa operis, cum auster scientiam quæ opus impediret: aliquando non esse, ut cum quis tali animo est, ut etiam si sciret, opus nihilominus efficeret.

Has ignorantie divisiones collegit Aimois. Tract. 1. mor. c. 4. Corduba lib. 2. q. 1. Vasquez. 1. 2. disp. 117. c. 1.

\* IGNORANTIE MALITIA.

Eam ignorantiam quæ tollit scientiam, quæ aliis prohiberet ne opus fieret, esse causam per accidens peccati, communis est sententia. Post S. Thomam sup. art. 1. quæst. 76. Non est tamen Ignorantia peccatum secundum se, sed effectus & poena quædam peccati; totum autem peccatum consistit in negligentia sciendi & addidendi. Ita S. Thomas, Cajetanus, Corduba, Sylvestre, Durandus. Ignorantie malitiam Boer. expressit 3. 8.

Eheu, quam miseris tramite devio Abducit Ignorantia!

Non aurum in viridi queritis arbore, Nec vitæ gemmas carpitis,

Non altis laqueis manibus additis, Vt pisce dicitis dapes,

Nec vobis capreas sibi absequi, Thyrrhena captatis vada,

Ipsos quem etiam sinitibus additos Norunt recessus aequoris,

Quæ gemmis naveis unda feracior, Vel quæ rubentis purpura,

Nec non quæ tenero pisce, vel asperis Præstent echinis litora.

Sed quoniam lateat, quod cupiunt bonum, Nescire cæci sustinent,

Et quod stellerum irans abiit polum, Te lare demersit perunt.

IGNORANTIA IN SPECIE.

RATIONE SUBJECTI.

Quisquis ignorat viam, in devia aberrat. Qui verum hominem que ignorat, in id, quod falsum est & improbum, fertur. Error dicitur, respectu utriusque termini, A quo & Ad quem. At respectu alterius, prioris quidem Alienatio Avratu. Abducitur posterioris vero, Circumscriptio universim considerantibus. Ignorantia respectu Subjecti, Error respectu Effectus subsequentis, dici videtur. Sed & Ignorantia Res que sunt, Non intelligere Mentem vel Oracionem proprie dicitur.

ID QUOD EST IGNORARE.

Verbigratia.

Denm, Hominem.

Judei ignorantes Christum crucifixerunt: Nam si scivissent nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. Et Christus ipse pro illis orat: Ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. D. Bernardus, misericordis Dei providentia hoc factum scribit, ut peccato omnium maximo conjuncta ignorantia, aliqua saltem ex parte excusabiles in spem conversionis faceret.

A

Huc Oraculum. Huc Oraculum non rectè intellecta: quatenus non Divinatantur perspicacia, sed & Humana prudentia in iis intelligendis nonnunquam requiritur.

Indolem. De Indole non cognita, sub loco Nature tanquam Instrumenti agemus.

Gentem, Populum.

Indi, cum ex antiquis monumentis accepissent, quantum Romanum imperium reliquis gentibus militari gloria præstiteret, cum primùm in India Mameloci Egypti milites inveci sunt, eorumque robur, & in re militari disciplinam & industriam percipissent: Rumes, hoc est, Romanos esse iudicaverunt. Quemadmodum postea cum Lusitanos animadvertentes eadem propemodum disciplina bellicæ res administrare, Francos nominarunt. Francorum enim nomen ex eo tempore, quo Hierosolyma Duce Goufreido capta est, per omnes Solis Orientis regiones maxima cum gloria pervagatum fuit, Ofor. lib. 9. rerum Em.

B

Ceram.

Livones olim (nam sub Fridrico I. credere Christo) tanta fuerit simplicitate, ut expresso melle, ceram velut purgamenta rejicerent. Fecit precium illi Germanorum diligentia, quod illi primùm mirantes acciperent: post verò, comperta rei estimatione, acceperunt. Crantz. lib. 6. Vandaliæ c. 9.

Alimenta.

Athenas Dioposophiston. lib. 3. fabellam haud infestivam refert è Demetrio Scepto: Laconem quemplam vocatum ad cenam, appositis echinis, cum ignorare, quo pacto soleant edi, in os concessisse unam cum ipsa testa. Porro cum inter dentes trideret echinus, & os hominis eo cibo miserè cruciaretur: Oclelaturam, inquit, edulium! neque nunc te omittam tibi mitis, nec te posthac unquam sumptore.

Extollant veteres frugalitatem Læonicam. Ante nostra tempora non minus commendanda fuit Helvetiorum sancta simplicitas. Cujus vestigium notus quidam homo, & ille quidem Senatorius, ante paucos annos exhibuit, quando in publico convivio omphacibus degustatis: Apagete, exclamavit, pessimi Medicorum proxenete: equid vero mirum & febribus & torminibus avidè passim discrucari, cum pruna immatura & acetba tam avidè devorantur?

Faciem amici.

Augustus ad D. Hieronymum, quem de facie nunquam viderat, epist. 6. Sic, inquit, propterea non novimus, quia faciem corporis tui non vidimus, hoc modo nec ipse te nosti. Nam tu quoque non vides eam. Si autem tibi non ob aliud notus es, nisi nostri animum tuum: & nos eum non mediocriter novimus in literis, in quibus benedicimus Domino, quod tibi & nobis, omnibusque fratribus, qui tua legunt, te talem dedit.

Corporis visum.

Exprobravit inimicus quidam oris halitum Hieronis. Qui ut domum ad uxorem venit: Quid ais, inquit, hoc vitium ne tu quidem mihi indicasti? Illa quæ casta est, & minimè callida: Arbitratur, inquit, ita omnes viros olere. Plur. de Emolumento ex inimicis capiendum.

Vestitum.

ERASMUS Roterod. Bononiam studiorum causa profectus, cum more Gallorum presbyterorum togulam lineam supra vestem gestaret, in capitis periculum his incidit. Nam cum eo tempore pestis Bononiæ grassaretur, & chirurgus, qui ea lue infectos curat, candido lineæ ad levum (insuspenso humerum insignis incedat, ut à fronte simul & à tergo ab omnibus conspici possit & evitari: qui nisi per deserta & avia loca incedat, taxis à plebecula impeti consuevit: Lenones quidam, Gallici habitus ignati, Erasmum ex candida fascia chirurgum arbitrat, strictis gladiis aggressi sunt; quod per leoporum audacter incederet, agrè ferentes. Quod nisi intra proximam jnnuam, quæ bono quodam fato aperta erat, sese conjecisset, actum erat de ejus vita. Eras. lib. 24. Epistolarum ad Lambertum Gronovium, scribam Apofiticum, de seipso hæc recitat, sub nomine Florentini.

Res pretiosas, Gemmas.

A Maximiano Cætare Perarum vallo directo, gregarius Miles, quum Panthcum forte scutum comperisset, in quo feriatum collucens visebatur margaritæ, per rei incitium

gemmis abjectis, solo abiit pellis nitore contentus, Cal. lib. E 18. c. 1. Antia. Lech. CAROLUS Burgundus ab Helvetiis ad Grancelum, an. Salut. 1476. castris exutus impedita & suppellectilem regionem omnem, quæ decies centena aureorum nulla superasse dicitur, amisit, Helvetii gemmas, vestes, pocula pretiosissima, ignati epicemodi delicatiana, minimo pretio commutasse dicuntur; & inter cæteros unus carbunculum eximie magnitudinis, quem lapilli splendore delectatus sustulerat, cuidam peregrino medio floreno numerato concessisse iertur.

Rem bellicam.

EUDÆMONIDAS Spartanus, quum audisset Stoicum quempiam dixisse, quod solus sapiens esset bonus Imperator, è se deo dicitur duxisse, è se dicitur duxisse, id est: Admittenda quidem oratio, cæterum qui dicit, nunquam cinctus fuit tubarum strepitu. Erasmus in Adagiiis.

Mexicanos, pro Rege suo & pro libertate dimicantes, contra Ferdinandum Cortesium Hispanum, nulla res magis exteruit, quam equestris turmæ impetus, quum equitem integrum esse animal Centauri specie putarent. Sed postquam equi duo Indicis confossi sparis, maclatque clavarum ictibus conciderunt, deprehento errore, detracta statim equi scoria, usque adeo exactè tormento repleverunt, ut vivorum effigiem representarent, & in templo, tanquam admirabilis rei spectaculo, suspenderent. Lovius lib. 4. hist.

Exercitia.

Vettones Hispani Romanos milites deambulantes cum viderent, viam illis ad castra ostenderunt. Stulti si ignorantia id tribuerunt, quod erat consilii: prudentes, si exercitii nugacitatem reprehenderunt. Vide Tit. Judicium prudens de bonis malisve corporis. Similiter Indi quidam Hispanas feminas saltantes cum viderent, insanas iudicaverunt. Vide Tit. Salutationis odium.

Equitandi artem.

RANIMIRUS, notus Sancio majoris, Hispanorum Rex à monacho factus, contra Saracenos suscepta expeditione, cum G sinistro brachio scutum, dextro lanceam adaptasset, mox fixa equi apprehendere jubentur: Qui postum, inquit, utraque manu occupata, nisi dentibus hæc retinenda quis porrigat? Irritus à proceribus propter imperitiam rerum, regi & filia tutelam Alfonso VII. Castulonensi commisit, ipse ad monachos rediit. Collettus lib. hist. Neap.

Iter, Viam.

Salganeus, locus prope Euripum Bœotia, ob Salganeos cognomentum assecutus ibi sepultos. Is homo fuit Origine Bœotius, qui sese navigantibus è Malea Perlis ducem præstitit. Ipsum verò classis præfectus Megabates, priusquam Euripum attingeret, occidit. Suspicebatur enim præ malitia classem eò fraude illum concessisse, & Augustum in mare minime pervium induxisse. At ubi intellexisset falsum se, penitentia ductus, ipsum classis ductorem indigna cade peremptum, honore sepulture decoravit. Strabo lib. 9.

ANTIOCHUS in venatione quadam sectando fetas, ab amicis & ministris aberrans, villam hominum tenuium subit ignotus. Plur. in Reg. Apophth.

Deductor Annibalem, quia non satis illum intellexerat: male pronunciantem Latine, pro Casino longè diversa via per Calentium & Calevum agrum in campum Stellatam traxit. Ubi cum septa undique montibus & fluminibus regio teneretur, cognito errore, Penus hominem crudeliter extorciatur necari iussit. Aulor vita Flamini.

Adolescentes duo Monachi à Joanne Abbate, eremice Scythiæ economo, cum scibus Lyciis ad fenum quandam in ulteriore deserto manentem missi, à via aberrantes, per vastam solitudinem diem noctemque consumunt, senis cellula non inventa. Post aliquot dies quædam, invenitur postis genubus fame mortui, illabatis scibus quas secum tulerant. Marul. lib. 4. c. 3.

RICARDUS Anglorum Rex, cum cervum insequens à suis aberrasset, ipso crepusculo in vasta solitudine tugarum fabri ferrarii subit. Ab eo hospicio susceptus, cum manus lavare iussisset aulico more patrifamilias honorem deferret, faber alapan ei impedit: An nescis, inquiens, quemque domi fixa Regem esse? Mane diffusulata persona abiit, & in arcem vicinam faturum



Abrum ad se exivit. Ille ubi in conspectum Regis venit, a regina blandè suscipitur: ceterum præ timore ventris crepitum emisit. Mensæ regis adhibitus, & supra reginam accumbere iussus, cum Rex, si præ pudore recusaret, alapa hesternæ rationem cum senore medietaretur, pari omnia paruit, & hac ratione Regis indidias elusit. Henningus Gaden consilio. de electi. Regis Rom. ex Hostienfe, Abbate, Joann. Andrea & Zabarella in c. venerabilem, ut probent, unumquemque in domo sua Regem improprè dicit.

Anno 1506. dum navis gallica in Oceano iter non longè à Britannia faceret, naviculam ex mediis abscissis viminibus arborumque libro solido constructis adificatam cepit: in qua homines erant septem mediocri statura, colore subobscuro, lato & patente vultu, cicatriceque una violacea signato: hi vestem habebant ad pectus corio maculis eam variantibus: coronam è culmo piscam septem quasi auriculis intextam gerebant: carne vescebantur cruda, sanguinemque uti nos vinum bibebant: eorum sermo intelligi non poterat. Ex his sex mortem obierunt: unus adulescens in Aulercos, ubi Rex erat, vivus est perducus. Bembus lib. 7. hist. Venet.

Bela Hungaricæ Rex è Stiria Orthocari Boemorum Regis armis pulsus, in festis armis Moraviam urgebat. Ad Taylam fluvium occurrit illi Orthocarus multo minoribus copiis: sibi que diffidens, pacis mentionem injicit. Bela pactis in decem dies inducendis, pacem tantum eludere. Interdè Stephanus Bela filius, vado in Tayfa flumine reperit, Brumonem, Olomucensem Episcopum, seorsum à Rege Orthocaro castra metatum, oppressurus, deductori mandat, ut se recta Pohorelitium ad Brumonem perducatur. Ductor etiam locorum gnarus, à via tamen aberrans, Stephanum non ad Brumonis, sed ad Regis castra adduxit. In quibus propter tenebras vehementer tumultuatum. Vix tandem aurora aperuit spectavit eum. Stephanus coactus dimicare, fugam arripuit: ipse quin etiam Bela terribis, turpissimè fugit. Sedecim tum milia hostium interfecta narrantur, paulò videlicet minore numero, quam univèrsus Orthocari exercitus fuit. Dubrav. lib. 17.

Nomen.

C. HELVIUS CINNA tribunus pleb. ex funere C. Cæsaris domum suam petens, Populi manibus discerpitur est pro Cornelio Cinna, in quem favere se existimabat: iratus ei, quòd cum affinis esset Cæsaris, adversus eum nefariè raptum, impiam pro rostris orationem habuisset: eoque errore propulsus est, ut caput Helvii perinde atque Cornelii, circa rogum Cæsaris fixum jaculo ferret, officii sui & alieni erroris piaculum miserabile. Valer. lib. 9. cap. 9. Xiphilinus in Julio Helium Cinnam vocat.

Tempus agendi.

Magdeburgi erat occulta multorum conspiratio in caput aliorum. Constitutum erat, ut præfinito die ad horam septimam vespertinam signum fieret de turri campanaria, ad arma corripienda. Qui susceperit id ministeri, Deo volente, erravit: ut signum daret ad eam horam mane. Stupere omnes qui audire. Cumque se nemo commoveret, ad questionem rapiebatur celestis ille, qui magna voce clamasset. Huc huc socii in latam viam. Sed impedire alii, quibus detecta veritas maculam infulisset. Placuit tegere malum, ne apertum in deturris abiret. Crantz. lib. 11. Metrop. c. 48.

D. MAXIMILIANUS I. per occidentum Flandriam transiens cum expedito exercitu, in oppidum Burgenfe irumpere constituerat vigilia S. Martini. Sed quum esset bifidus illi annus, id que à Maximiliano minus adverteretur, priori adfuit die: stetitque sub signis extra portam, expectans motus eorum, cum quibus ante convenerat. Detecto negotio, jugulati sunt aliquot, & deservit gladius in urbe publicus. Crantz. lib. 12. Saxonia, c. 33.

Locum.

Græci suspicantes Alexandrum cum Helena Trojam navigasse, urbem obsidione decennali expugnaverunt, neque tamen Helenam invenerunt: relicta enim fuerat ab Alexandro in Aegypto. Homeris carminis exornandi causa Helenam Trojam venisse scribit. Contrarium tamen tuetur Herodotus lib. 2.

Audiam vitam.

SOLONI Sardaëis ad Cæsarem Regem Lydorum profecto, ejusque aulam permeant, & multos contemplantur ex aulicis plen-

didè cultos, ac pomposè incedentes cum comitum atque stipulatorum agmine, unusquisque videbatur Cræsus esse: quousque ad illum ipsum est deductus circumjunctis omni cultu, qui ex gemmis, colore vestis, ex auro fabricata, ad nitoris elegantiam, vel præcellentiam, vel admirationem parari poterit se videbantur: quo nimirum spectaculum ei præberet quam augustissimum politissimumque. Quamvis eo nihil penè motus fuerit, quò minus & dixit & egerit, quæ suam personam decebant. Plut. in Solone.

Coryceorum presentiam.

STALERIUS in carcere cum detineretur, neque satis justè probationes adversus eum proponerentur, ea locutus est bonis viris subauctantibus pariete interposito, quibus patefactis, in iudiciumque prolatus, reus capitalis jure damnatus est: quia imprudens & incauta illa de se confessio, tum cum nulla suspicio est, tædio vitæ factam esse ab eo, qui perire vellet, pro re iudicata haberi debet. Anctor Cicero in Topiciis.

Consilium, Insuperatum.

Memorabilia illa ad Cannas Rom. clade error Equitibus est mirus oblati. L. Emilius Paulus equus vulneratus excussit. Tum ex cohorte ejus alius post alium ommissis equis, ut consilium protegeret, ad pedes descendit. Id cum reliqui equites conspexissent, tanquam signo dato, ex equis omnes devolantes congregiuntur cum hostibus. Quo viro Annibal: Hoc, inquit, malum, quam si vincit mihi traderentur. Plut. in Fab.

CATO minor dum Asiam peragrata comitatu exiguò, Antiochiam petens, extra portam castrorum hominum spectavit ex utraque parte vite digestorum. Inter quos in chlamydebus itabant decore teorum adulti, seorsum pueri. Candidas vestes alii qui & coronas gerebant. Sacerdotes qui Deorum erant & magistratus. Ratus omnino Cato honorandi & excipiendi sui causa ea à civitate institui, stonachatus est in suos, quos pramiserat, quòd id non prohibuissent: justitque amicos descendere, atque incessu cum eis pedes. Ut propè ventum est: ille, qui omnia ista adorabat, & urbem componebat, vir ætate jam provectiore, virgam & coronam manu tenens, obtulit se præ aliis Catoni, ac ne salute quidem data, quævisit, ubi Demetrium reliquissent, & quando esset aditus? Pompeji erat Demetrius libertus: omnibus autem tunc propè mortali: in Pompejum oculos desegentibus colebatur, quòd multum posset apud eum, supra dignitatem suam. Ibi cœperunt amici Catonis usque adeo cachinnari, ut intertea dum transiret per cœtum, non possent se colligere. Cato verò tunc oppidò confusus: O miseram, inquit, civitatem! Nihil præterea locutus est. Post autem, quoties illa narrabat vel meminerat, solebat ipse quoque ridere. Plut. in Catone.

Sublato Maximino Cæsare barbarissimæ crudelitatis, senatus duos justit imperare, Maximum & Balbinum, senes viros, & graves, concordies initio, postea ex suspitionibus discordes. Prætoriani, quòd ab illis haberentur paulò severius, tollere eos staturerunt, hæctique ex eorum dissensionibus occasionem, factò agmine irruerunt in palatium, idque medio die: quum cum millibus impetere Maximum, acervit Germanos factelles, qui non procul pro salute principum exuebant. Balbinus ratus vocari contra se, vcturi non irent. Ita principes omni propugnatione desituti, vivi capti sunt, atque in proxima castra cum irrisione ac ludibrio abducti, & antequam re intellectu defendi à Germanis possent, crudeliter interfecti. Capitolinus.

SALADINUS cum Latinis Ptolemaidem obsidentibus pugnam inierat. Procedente certamine inferior, antequam clades acciperetur, quæ vultu oculis animoque obverlabatur, castra & ipse respiciebat, & miles repetebat: cum quidam Latinorum eques ante signa res gerens, in pedes se excepit: equulque se circumagens respiciebat in castra, sublato à circumstantibus clamore, ut prehenfis habenis susteretur. Qui rem ignorabant, de antesignanis actum, & primam aciem castram rati, cedere cœperè, ac reliquam inclinaverunt aciem: nec Saladinus præbenti fortunæ desuit. Circiter duo milia Christianorum cecidere. Emil. lib. 6.

PATEONZIUS Java majoris regulus ccc. navium classe Lusitanorum Malacensium xvi. naves, quibus Andradius præerat, ann. 1513. adorturus, consilio quorundam auxilia lociorum expectare volens, in Maris fluente classem subducitur, summo mane abitu parabat. Id Andradius cum animadvert-

et madverteret, neque tamen quorsum id pertineret, suspicaretur, velis passis ordine minime confuso in hostes invehens, eminus tantum crebris tormentorum ictibus verberare, & facies etiam in naves injicere contendit. Quod Pateonzius percipit, omnia sua naves naves vel ab pugnam continuo pandi iussit, & ut omnes idem facerent, imperavit. Id imperium strenuè Ducis omnes examinarunt. Existimant enim, illum rebus suis diffidentem, non de prælio committendo, sed de fuga faciendâ cogitare. Itaque se confestim in fugam dederunt. Ofor. lib. 18. rerum Emmanuelis.

Peccatum.

Lycus fenerator Genueus rapacissimus & locupletissimus, si quem dolo & fraude circumvenisset (ut numerus delictorum alienis precibus expiandum constaret) in arca eam ob causam facta calculum nigrum reponere. Accreverant jam fraudes, & calculorum copia. Sub Paschatis festum peccatum confiteri, atque ea ex calculorum numero petenda esse confessori suo asserit. Protinus domum redire, & calculos excutere jubetur. Trepidus accedit, arcam consulit: unicum calculum reperit. Confessori rem indicat. Is, ut singulari erat prudentia: Multos, inquit, decipere voluisti, multos calculos arce injecisti. Verum dum alios decipere studes, te solum decepit. Tui ergo solius causa, qui deceptus es à diabolo, unicus calculus in arca reperitus est. Convertere ergo, & penitentiam age, ne dum alios dolo circumvenis, è diabolo circumventus æterna morte damnetis.

Proscriptionem.

HESTERIUS IV. Abbas S. Galli, Abbatellenses, qui sese Helvetiorum fœderi aliquo pacto conjunxerant, diris devovit, & ut ab Imp. proficerentur, effecit. Ceterum illi Anathematis & Proscriptionis nuncio accepto, convocata concione populi qui simplicissimus est & integerrimus id unum communibus suffragis decreverunt, An. D. 1425. Anathematis & Proscriptionis se nunquam assensuros: idque lingua vernacula simplicissimè protulerunt, Sy volent mit im digfir. Tandem multis clavis datis & acceptis, Helvetis æternò fœdere conjuncti sunt, ann. 1452. Strupponis. Beatos vero Helvetios, si hanc potius ingenuam simplicitatem, quam fucatum exterarum gentium prudentiam sequi mallent. Nunc, ut ille ait, Eras parentum peior avis tuis Nas nequiores.

Orationem, Mandata, Iussa, Minus.

LARTIS TOLUMNIUS Venturium Rex cum in tesserarum prospero jactu per jocum collitoris dixisset, Occide: & forte legati Romanorum intervenissent: Satellites ejus errore vocis impulsit, interficiendos legatos, lafum ad imperium transtulerunt. Val. Max. lib. 9. c. 9.

C. JULIUS CÆSAR Rubiconem trajecto, pro concione fidem militum flens ac veste à pectore dilectis invocavit. Existimatur etiam equestres census pollicitus singulis: quod accidit opinione falsa. Nam cum in alloquendo exhortandoque sæpius digiti levæ manus ostentans, adfirmaret se ad satisfaciendum omnibus, per quos dignitatem suam defensorum esset, anulum quoque æquo animo detracturum sibi: extrema concio, cui facilius erat videre concionantem, quam audire, pro dicto accepit, quod vultu suspicabatur: promissumque ejus anulum cum millibus cccc. fama distulit. Suet.

Cremona anno quam condita fuit ducentesimo octogesimo sexto, dedita excidio est errore potius, quam consilio. Siquidem ea à Vitellianis militibus recepta, quum Antonius Vespasiani Dux in balneum concessisset cruorem absterfus, excepta vox ejus est, quum fortè balnearum tepor exulareat, futurum, ut istatim incalerecerent: ac tum demum quasi signum dedisset ad urbem incendendam, quadraginta millibus Militum um agmine irrumperentibus, cives indifferenter caesi, res direpta, tecta & parietes quadriuo ignis absumpti. Sab. lib. 3. Ennead. 7.

HELIOGABALUS Imp. cum jussisset Senatum urbe Roma excedere, indicta morte, si quis remansisset, & sciret Sabini consularum Verum, spreto decreto, Romæ remansisset, centurionum sui imperavit, ut eum occiderent. Sed cum is furdaster esset, accepit occidendi verbum, tanquam ab urbe eum pelere jubetur. Lampridius.

MAXIMINO Imp. non fuit crudelius animi in terris, omnia sic in viribus suis ponente, quasi non possit occidi. Denique cum immortalæ se propè credideret ob magnitudinem corporis fuit, virtutis quæ munus, quidem in theatro presente illo dicitur versus Græcos dixisse: Quorum hæc erat Latina sententia:

L. B. Theatr. vite Human. Tom. IV.

Et qui ab uno non potest occidi, à multis occiditur: Elephas grandis est, & occiditur: Leo fortis est, & occiditur: Cave multos, si singulos non times.

Sed cum Maximinus interrogaret amicos, quid minus furra dixisset, dictum est, quòd antiquos versus cantaret contra homines asperos scriptos: & ille, ut erat Thrax & barbarus, credit. Capitolin. in Maximino.

HONORIUS Imp. cum Ravennæ trepido nuncio accepisset, Romam à Gothis esse captam, quòd Alaricum ad accipiendum exercitum, ut ex federe in Galliam se referret, contendit se sibi persuaderet, alia omnia suspicans, respondit: Qui fieri potest, cum paulò ante hic esset? gallinam captam nunciari interpretans, quam in deliciis habebat, ac Romæ nomine insigniverat. Quod dictum omnes ad stuporem cordis retulerunt. Sigon. lib. 10. Imp. occid.

Oddii Perusini exules, adverteque Ballionum factionis Principes, ab Fulginatibus, aliisque vicinis, Gibellinas partes sectantibus, adjuvi, furtim Perusiam noctu sunt ingressi. Quo repentino casu Balliones pavore correpti, fugam capessiebant. Cum jam nemine resistentè, ad primariis urbis fori aditum exules pervenissent, velletque ipsorum unus secuti, quam in hunc usum atulerat, catenam, qua urbes factionum morbo infectas, vias transverfas claudere consueverant, perfringere: itque à suorum multitudine ita premeretur, ut brachia explicare ad securum attollendam non possent: clara voce, Retrocedite, ingeminavit. Quæ vox ab iis qui sequebantur repetita, atque sic accepta, quasi de capessenda fuga admoneretur, cunctos citra hostem in fugam coniecit. Adversarii globo facto, multos in fuga trucidarunt. Guicciar. lib. 3.

Natum, Signa.

VIGILIUS Papa dum in exilium jussu Theodorici imperatricis deportatus, ex Sicilia magnum frumentum numerum imposticum navibus ad sublevandam civitatis inopiam destinavit. Harum navium adventu præcognito, Gothi, qui Toria Duce Romanam obsidebant, priores in Portum venerunt, & se intra muros considerant, ut eas accedentes invaderent. Quas custodes, qui erant in mœnibus, conspiciat, à propugnaculis, veste alitè sublata, signum Nautis ad se procedendum dederunt, ne propè accedentes, sed aliò cursum dirigerent. Illi verò laticitæ sui advenus signum illud esse putantes, in prospero late veno, Portu successerunt. Itaque barbari omnes repente ex insidiis erumpentes, naves cunctas, nemine defendente, ceperunt. Sigon. lib. 19. Imp. occid. ex Procopio.

Passionem aliquam suam.

Quidam intimus D. Augustini amicus deplorata febre laborans, in sudore lethali constitutus, baptizatus est non sentiens, Augustino clam irridente, ut qui adhuc hæretic Manichæorum infectus, eundem amicum ad similem impletatem traduxisset. Ubi ille ad se rediit, & Augustinus pro more illum ob acceptum baptismum irridere, sperans illum quoque irritum id, quod sensus rationisque experts accepisset: ille ipsius baptismi fructum per sancti Spiritus gratiam persentiens, serio vultu admonuit, ut si amicus esse vellet, talia sibi dicere superederet. Nec multò post obiit. Testis ipemet lib. 4. Confess. c. 4.

QUOD NON EST, ESSE PUTARE. PUTA.

Venenum esse Medicamentum.

HELIUS apud Sophoclem dicit, Dejaniram, cum putasset corpori Herculis injecturam, quod conciliandi amorem vim haberet, abalienatumque ipsius animum revocandi: peccatè errore quodam, non voluntate. Narrat autem Aristoteles in lib. de Moribus, qui δεινὰ μυσία vocantur, cum idem, quod Dejanira, feminæ alii contigisset (quod enim poculum amato dedit, interemit hominem) in iudiciumque Atropagi vocata illa esset, elapsam severitate iudicum, nulla alia de causa, nisi quòd planum factum esset, ipsam eo maleficio è μυσία non ulam dederat enim philtum amoris causa, quamvis sine suo excidisset: unde intelligi poterat, non esse id pontefactum: nec enim obesse voluit, sed prodesse. Viâ. lib. 7. var. Lect. c. 8.

Comes Fluffatus bello cepert Alebrentensem, dimiseratque fide Caroli Navatri Regis, cujus fororem in matrimonio

X



A habebat, pectus certo auri pondere: quod postea solvit quidem sed Navarro, ut is sponsor fidem suam liberaret; qui belli necessitatibus adductus, & magna novaque semper moliens, aurum sibi retinuit. Tunc Comes Flustarum uxori, antea etiam non bene convenienti, nec pellicis potentiam ferenti: Abi, inquit, ad scelestum fratrem: nec redeas: nisi te ab illo rabi- do monstro perfoluta. Comitatus est Filius in aliquo dies matrem: & illa viri imperium, inclementiaque in ipsum verba renuntiavit, Navarrus redeunt ad patrem adolescentulo: Accipe hunc, inquit, pulverem; quem si ignaro patri in potione miscueris, continuo flagrabit desiderio uxoris, ultròque re- vocabit. Creditit avunculo imperitus miserque prope amato- rio mortiferum venenum accepit: id in ofacriorio, quòd in adolescente hæ quasi delicia suspecta esse non poterant, abdu- tum gerebat, expectans occasionem incio patri dandi. De- prehensus à patre, nothum filium in honore delicilique habente, moti coactus est. *Æmil. lib. 9. & Fulg. lib. 9. c. 12.*

Amicum esse Hostem.

B Chiorum classis, cum insequentes hostes fugeret, fortè per noctem apud Ephesium, tanquam in litus amicum ad terram defensionem fecit. In ea regione contigit, ut Ephesiae mulie- res per agros sparsæ, quæ ea nocte Cereis sacris operabantur, cum armatos sentirent adventare, quamquam illi palam face- rent, fe Chios atque amicos esse, tamen piratas suspicæ, ma- gnis clamoribus tumultum in urbe concitavit. Unde egressus Ephesius populus, Chios esse eos, propter quos ortus erat tu- multus, ignotans, amicos, atque eorum vicinos, pro ho- stibus interemit. *Fulg. lib. 9. c. 9.*

Græci, Leontychida Spartano Duce, ad Mycalen Joniæ cum Persis pugnaturi erant. Samii & Milesii à Persis deficientes, ad ferendum Græcis auxilium copias eduxerunt omnes: rati, Græcis, conspecta sociorum manu ad ferendum auxilium festinan- tium, audaciam simul ac spem animos erecturam. Quod pri- mum fecerit accidit ac putarant, ac propter perniciosa causa fuit erroris. Nam Græcos suspicio invasit, Xerxem coacto ex Sar- dibus exercitu, suis eo agmine subsidio adventare, atque in se ferri. Itaque conspecta adventantium acie, ingenti terrore contripantur, tumultuque per exercitum & aciem repente exortio, divisi inter fe ac trepidantes, alii ad naves confestim concedendum censuræ, alii impato agmine stricilique gladiis, imperterritè perstrandam, haud hosti cedendum. Interea Persarum acies infra ducta repente conspexit. Cum jam nullum Græcis consilii ulterius capiendi spem daretur, ad impetum Barbarorum exspiciendum necessitas acuit instruxitque omnes. *Diod. lib. 11.*

Romam obsidente Hannibale, cum mille trecenti equites Numidas, qui ab Hannibale ad Romanos transfierant, ab Aventino in Equillas Consulibus tradcerent, & urbis longitu- dinem ducerent, propter habitus similitudinem, speciem hostium, qui urbem invisibile dicebantur, præberent: Romana plebs ad vim conversa, è tectis undique in Numidas saxa de- cere cepit: donec Consulibus intervenit cognovere, non ho- stes illos esse, sed transfugas, quorum opera plurimum Ro- mana res juvabatur. *Livius.*

Ultimo Odionis prælio, adversus Vitellium apud Bebria- cum, quem locum recentiores Binam appellant, cum Julius Mancius, miles Hispanus, pro Othone adversus Vitellianos dimicaret: in medio prælii ardore, cum non cognosceretur, à Filio interceptus fuit, qui in Viellanorum parte erat. Cum postea veluti hostem eum spoliaret, non sine irremisso dolore deprehendit, illum patrem suum esse, & tam lævi facinoris er- rorem causam fuisse.

Cum Alphonfi Aragonii copiar, urbem Neapolim obsiden- tes, per cuniculum urbem ingressi essent, eaque Galli (qui Renatum Regem Neapolitanum defendebant) strenuè rejec- erant, contigit, Aragonium militem, dejecto equite Gallo, in equum insilire. Galli arbitri Aragonium exercitum effracta porta vobis ingressum, quòd neque cuniculo, neque sca- tis ducti in urbem equi ab Aragoniis poterant: abjecta resi- stendisse, in munita loca receperunt. *Fulg. lib. 9. c. 9. & Egnat. lib. 9. c. 9.*

Hostem adventare, insidiari.

Simias Strabo infinitas in India, præsertim in sylva ad Emodi- os montes, inveni ait: maximis canibus majores, præter faciem, quæ nigra est, albos esse totos, caudis, utpote duorum cubitorum, longissimis. Hoc animal, non minus, quam ele-

phantas, ad humanum ingenium & captum accedere. Cum enim exercitum Alexandri vidissent, ipsos etiam in collibus quibusdam ordines instruxisse. Milites exercitum hostem pu- tasse, & in eos contendisse. Re tandem per Taxilum comper- ta, cessasse.

Eo prælio, quo Fincomarcus Scotorum Rex contra Trahe- rum Britannia legatum xviii. suorum amissis, xviii. Roma- norum caesis, victor fuit, victoria penes Traherum futura erat, nisi ad agrestium multitudinem in proximo conspectam mon- te, armenta & greges, ut hostibus se suis cum fortunæ mone- rent, præ se agerent, Romani milites, hostium auxiliares opinati, formidassent: quorum timor & fuga inde sequuta, Scotis, Pictis, Octavianisque Britonibus, jam admodum pu- gna decessis, victoriam dedit. *H. Boeth. lib. 6.*

Angli Jacobi I. Scotorum Regis filium Margaritam, Ludo- vico Carolo VII. Gallorum Regis filium nupturam, exl. eximie nobilitatis feminis, & inter eas quinq. Margaritæ sorori- bus stipatam, observabant. At eodem tempore, quo solve- rant, apparuit haud longè ab Anglia Hispanorum classis. F. Quam quum arbitrarerent, Angli Scotorum esse, octoginta navibus eam invaserunt. Verùm ubi in viros fe incidere bellicosos viderent, non in puellaram sponsum deducen- tium chorum, perclusi, cladem ingentem accepcerunt. Clas- sis Scotia in Franciam secundo vento pervenit. *H. Boeth. lib. 17.*

Ferdinand. Atagon. Neapolitanorum Rex, Canusium verus cum exercitu profectus, cum exploratores præmissi, Nico- laum Picininum cum Joanne Andegaveni, qui regnum asse- dibat, & Tarentino Principe fe conjunxisset, & in armis in- structos stare retulissent, exercitum retrò Barolum duxit, ob metum quem Duces pariter & Milites conceperant. Com- petitum tandem est, agmen fuisse cervorum compactionem, quorum in ea regione bellicose maxima est copia. Hi sub matutinum tempus passui dediti, sparsim cum errarent, ubi exploratores seniere equites, in unum coacti, dubia jam luce speciem præbuere hostiis agminis. *Pontan. lib. 2. belli Neapol.*

Obsidete Carolus Burgundus, cum Proceribus Franco- rum, Ludovicum XI. Regem Parisiis. Noctè intempesta vigi- les castrorum audire vocem cuiusdam, qui diceret, se à cer- tis hominibus (eos nominabat, qui studiosi Ducum essent) ex urbe missum, ac iustum nunciare, statuisse regem manè omni- bus copiis tria in agmina divisas castra oppugnare: iret prope- rè vigili, Duces certiores faceret, nec incaute opprimerent. Excitati continuo exercitus, arma capere miles iussus. Ante lucem ad utrumque omnia, & ad castra tutanda, & ad prælium parata, missique fole orto exploratores, retulere fe vidisse in- gentem vim hafatorum. Turbida lux erat, quòd eam exorta densa fortè caligo premebat. Iterum missi equites idem rus- sus confirmarunt. Expectabatur jamjam velut eruptionem fa- cturus hostis: at is nullus erat. Vanam eam speciem concepe- rant speculatores, & metu falsa pro veris subjiciente, & no- cturna voce, ludificationeque. Multo tandem die caligine di- scussa, liquidior lux eorum aperuit: nec incurbanè jactatum, carduus, quibus suburbanus ager vestitur, hastas timidus vios esse. Id per fe ridiculum, timiditatem militis, qui tam ferocè venerat, coarguit. *Æmil. lib. 10.*

Quum anno 1536. Carolus V. Cæsar, & Gallia Rex Fran- cicus, hortatu Pauli III. Pont. ad Nicæam urbem in collo- quium venturi crederentur, stareque in ancoris Castriana classis in ipso Villafraancae portu: nonnulli sub meridiem otiosè maria & colles tergo, in altissima Alpium juga asser- gentes, prospectantes, densam nubem fumum instat in altum elevatam conspexere è proxima turrita villa editiore: que cum ex intervallo continenter augetur, plerique significationem esse adventantis inimicæ classis affirmabant; & Barbarissam Turcicæ classis Imp. ad opprimendos summos Christiani no- minis Principes, Pontificem & Cæsaem, adventare procla- mabant. Ea vox incredibilem cunctis pavorem attulit, sic ut Alfonso Vastus pedes exercitus Dux Cæsaem in adia Apennini juga ascendere hortaretur, & Andreas Auria classis præfectus tolli ancoras, & tritremes obverti præciperet. Ste- tit impavidus Cæsar, nec de periculo quicquam temerè cre- didit. Comperit est tandem, à villico eam nubem densi pul- veris, que sumi speciem referret, excitatam fuisse, quum ille in area sabarum acervum cribrando & ventilando, à siliquis secerneret. Multis siquidem ex intervallo ventilationibus, que triginta sex tritremum numerum representabant, ab in- itio notatè numeratæque fuerant: ut primam Barbaricæ clas- sis ante euntis partem esse, vel nautici homines judicarent.

Ergo

A Ergo omnes ex summa trepidatione in risum inconditòque cachinnos soluti sunt, & immanis ille metus jocosis omnium sermonibus celebratus fuit. *Jovius. lib. 17. hist.*

Urbes esse captas.

Lusitani Fessensem Regem à Tingitana urbe jam propè cap- ta vix magno labore repellerant, an. 1501. Interea cum quidam Maurus è campo in oppidum adequaret, quod existimabat jam à suis captum esse, lætus & ovans per portam ingressus est: injeclique statim illi vinculis, propter lætitiæ pœnam tulit. *Osor. lib. 2. rerum Enman.*

IGNORANTIA, ERROR. REPSECTU

EVENTUS. EX

ERRORE.

DEDITIO FALSA.

B Eo prælio quo Mastelzeres in Africa adversus Gildonem fratrem, qui ab Honorio Cæsare rebellerat, dimicavit: Gil- donis exercitus, qui magno numero Mastelzeris copias antea- bat, errore tantum, neque alia re impulsus, in fugam se ver- tit. Nam cum Mastelzeres ad primam fratris aciem appropin- quasset, atque priusquam manum confereret, blandè milites alloqueretur: Gildonis vexillifer, quia atrocius quam cæteri repondebatur, gladio brachium admittit. Et cum ob eam rem, vexillum, vexillifero amplius illud non regente, cadens, incli- naretur, ultima acies, que Mastelzeres alloquentem viderat & paulò post signum inclinatum, arbitrata primam aciem, que tota Romanis legionibus constabat, Mastelzeri tanquam Ho- norio Ducè inclinatis aquilis, pro more illorum temporum, dedicationem fecisse, à potiori exercitus parte desertam fe credens, concursu facto, idem fecit, quod primam aciem fecisse arbitrabatur. Gildo, cum univèrsium exercitum suum ad dedi- tionem moveri conciperet, nulla saxe metuens, in fugam se coniecit, ac fratri victoriam, nullo effuso sanguine, tradidit. *Fulg. lib. 9. c. 9.*

Urbs occupata.

C Vide Tit. Stratagematum, Urbes occupare.

Urbs non occupata.

Post victoriam Marathonam, classem lxx. navium Athenienses Militadi dederunt, ut insulas, que Barbaros adjuva- rant, bello persequeretur. Quo imperio pleraque ad officium redire coegit: nonnullas vi expugnavit. Parum insulam, opibus elatum, diu obsedit. Cum jam in eo esset, ut oppido portiretur procul in continentem lucus, qui ex insula conspicebatur, nescio quo casu, nocturno tempore incensus est. Cujus flamma ut op- pidanis & oppugnatoribus est vila: utrique venit in opinio- nem, signum à classariis regis datum. Quo factum est, ut & Parii à deditione detererentur, & Militades timens, ne classis regia adventaret, incensus operibus que statuerat, cum totidem navibus, atque erat profectus, Athenas magna cum offensione civium suorum rediret. Acculatus ergo prodicionis, quòd cum Parum expugnare posset, à Rege corruptus, in- fectis rebus à pugna discessisset. Eo tempore æger erat vulneri- bus, que in oppugnando oppido ceperat. Itaque quoniam ipse pro fe dicere non posset, verba fecit frater ejus Stelagoras. Causa cognita, capitis absolutus, pecunia multatus est. Eaque dis quinque talentis aestimata est: quantus in classem sum- ptus factus erat. Hanc pecuniam quòd solvere non poterat, in vincula publica conjectus est, ibique diem obiit supremum. Cimon F. in vincula conjectus, Elinices sororis pietate multam solvit. *Probus in Militade.*

CACHOSCHROES Iconii Sultanus, ab Alexio Angelo Græco- rum Imperatore injuriarum illatarum ulturus, improvisa incurso- ne Phrygiæ Antiochiam cepisset, nisi casus quidam fortuitus impetum ejus fregisset. Nam qua nocte ad urbem opprimen- dam properabat, quidam homo potens filiar nuptias celebrabat. Erat igitur, ut in hujusmodi festiuitatibus solet, tumultus ho- minum convivantium: cymbala, tympana, saltatores, & mulierum cœtus, hymenæorum cantantium, per totam noctem perstreperant. Ut autem ad urbem accessisset Cachoschroes, au- dita organorum harmonia, & hominum concentu: non rem ipsam conjectura affectus, sed militum terreas esse, qui suum adventum præcognoissent, putans, ad Lampen discessit. *Ni- cetas lib. 2.*

Verone per insidias capiende consilium Veneti inierant, jamque milites delecti noctu ad urbem accesserant; cum sca- L. B. T. heat. vita Human. Tom. IV.

las breviores esse cognoverunt, quam muri altitudo require- bat. Ad ejusmodi subsidium comparandum, ut alteram alteri alligerent, atque ita longiores eas facerent, se dederunt. In eo dum sunt, signa in oppido ei loco proxima calus concinne ceperunt. Illi veriti, adventum ipsorum militibus Germa- nis tribus milibus palam factum esse, qui eam oppidi partem custodiebant, relicti (calis, extra propugnacula celeriter fe, qua veniant, receperunt: deinde ad exercitum, qui non longè aberat, ut se in oppidum inferret, re infecta, magno cum dolore omnium atque molestia, redierunt. *Bembus lib. 10. hist. Venete.*

MULLUS CROPELLUS, cum à Matthæo Vicecomite, qui eo tempore Mediolani rerum potiebatur, missus esset, ut Cremonam occuparet, per noctem urbi appropinquans, muros silen- tio perfodit, ingressuque urbem Pontionus Cremonensis exul solum cum centum viris, quòd subsequi Mullum arbitrabatur palatium statim occupavit. Cum autem clamore sublato, Gre- gorius, Summa gente ortus, civis Cremonensis, armis arrip- tis, ad muros fe contulisset, illic, qua patebant, eos statim ob- struxit. Itaque cum Mullus arbitrarerur, Pontionum in urbe oppressum, præ formidine retrò se converterit. Gregorius autem F. Summus, cum accepisset, amissum esse palatium, arbitratus longè majorem hostium numerum urbem ingressum, quan- quam sepius esset magna sortium virorum manu, qua & Pon- tionum, & omnes qui cum eo sentiebant, facile posset oppri- mere, Cremona profugit: cum noctis tenebræ in eum erro- rem in eo loco homines induxissent, ut qui numero plures erant, pauciores timerent ac fugerent. *Fulg. lib. 9. c. 9.*

Urbs deserta, amissa.

JACURUS Bajazeti I. Dux, Argos urbem duobus in locis si- mul adortus, eam capere summa ope nitetur. Oppidanis au- tem, qui in sinistra urbis parte resistebant, panicus terror, spe- ctro viro, injicitur. Putabant enim fe vidisse virum quemdam indigenam, dicentem, urbem in dextra parte, qua oppugnaba- tur, captam esse. Relicto itaque loco isto, citato agmine, con- tenderunt ad dextram urbis partem. Hinc hostes muros supera- runt, urbemque diruperunt. *Chalcocondylas lib. 2.*

Cades admissa.

CLEONICE Byzantia virgo, noctu ad Paulaniam Lacedæmo- niorum Ducis cubiculum, aliquantò ferius quam constitutum erat, veniens, manu lumen gestans quod à custodibus accepte- rat, cum pedem offendisset, & non sine strepitu ad terram ex- tincto lumine concidisset: Paulanias experrectus è strato pro- siluit, insidias veritus, cubiculique ostium, ut in tenebris po- terat, petens, Cleonicem gladio transterveravit. *Plut.*

In campis Philippicis C. Cassius à suis desertus, cum paucis coactus est in collem, unde despicere in campum poterat, fe re- cipere. Cæterum nihil ipse contuebatur, nam aciem habebat obtusam: tantum castra sua conspexit, idque etiam vix, ab ho- stibus diripi. Comites ejus magnam equitum manum, quam mittebat M. Brutus victor à dextro cornu, contemplanti sunt ad- ventem. Hos Cassius hostes esse, & consecrari exilimavit fe. Unum tamen ex comitatu misit speculatum Titinium. Hunc ut advententem conspiciat sunt equites, & hominem amicum & fidum Cassio videre: sublato præ gaudio clamore, familiares ex equis desilientes salutaverunt & complexi sunt eum. Alii undique cum nimio gaudio ovantes & strepentes sunt circum- vecti, qua re magnum malum effecerunt. Nam Titinium arbi- tratus est Cassius verè ab hostibus comprehensum, atque hæc- ticus locutus: Nimirum dum nimium vite sumus cupidi, susti- numus amicum ab hostibus videre corruptum: mox discessit in tentorium quoddam desertum, unum trahens secum liberum Pindarum, quem ex Craffi clade ad hanc necessitatem secum habebat destinatum. Cui chlamyde obvoluto capi- te, cervicem apertam præbuit prædicandam: Caput enim seorsum à trunco reprobum fuit. Pindarum verò post eam cadem nemo mortalium conspexit. Unde suspicati sunt aliqui, eum injusto Cassium occidisse. *Plut. in Bruto. Ad Valer. Max. lib. 9. cap. 9.* paulò aliter historiam narrat, in- quiens: C. Cassium error à semetipso pœnas exigere coegit. Inter illum in nem pugna quatuor exercitum apud Philippos varium, ipsique ducibus ignotum eventum, missus ab eo Ti- ninus centurio nocturno tempore, ut specularetur, quoniam in statu res M. Bruti essent: dum crebros excessus vix perit, quia tenebrarum obscuritas, hostes in ad commilitones occur- rerent, dignoscere non sinebat, tardius ad Cassium rediit.

Quem